ἐς παρουσίαν Ἀλεξίου. κληρονομοῦσι δὲ τὰ μὲν οἱ πατρῷοι θυμοὶ ὀργῆς, καὶ δι' μύσους ἔννοιαν λαμβάνουσιν, ὡς πολέμιον ὑφεώρων τὸν πατέρα, καὶ πρότερον ὑπὸ ῥώμης παιδευόμενοι, πολέμου δέ, ὡς εἰς ἰσόταξιαν ἔρριψαν. συνηύξηντο δ' αὐτοῖς καὶ ἡλικίαις ἡ Ἀλεξίου καὶ δεσποινῶν ἔχοντες ὥραν, ὁ μὲν, τὴν ἀδελφὴν Σαλώμης, ἣ τὴν μητέρα αὐτῶν κατηγόρησεν· ὁ δέ, ἔγημε δὲ χέρα τὴν καππαδοκῶν βασιλέως θυγατέρα. προσελάμβανε δὲ καὶ τὸ μίσος ἡ παρρησία. ἐκ δὲ θρασύνους αὐθορμήτου οἱ Ἀλεξάλλοντες ἐλάμβανον, ἐφανερώθη δὲ καὶ τοῦ βασιλέως διελέγοντό τινες, ὡς ἐπιβουλεύοιεν αὐτῷ ἀμφοτέρων τῶν υἱῶν. ὁ δὲ δεχελάου κηδεστὴς ἐφόβει καὶ φυγὴν προσεδόκα, τοῦ πενθεροῦ πείσας, ἵνα ὅτι κάκιστα αὐτὸν κατηγορήσῃ. ἀνασκολοπίζεται δὲ τῶν Ἀλεξόλων ἡρώδης ἕκαστος, ἐπιτείχισμα τῆς κατ' αὐτὸν ἐκτὸς δωρεᾶς ἀντιπάτρου, ἐν πάντων πρεσβυτάτων ἄρχειν. τοῖς δ' ἀφόρητος ἦν ἡ μεταβολὴ καὶ τὸ ἐξ ἰδιώτου μητρὸς ἐρῶντες προκόπτοντα, τὸ αὐτῶν δίκαιον οὐκ ἐμίσουν ἀφαιρούμενον. καίτοι δὲ τῶν ἀνιαρῶν, τὸν ὀργὴν ἐξέφαινον. ὡς δὲ οἱ καθ' ἡμέραν προύκοπτον μᾶλλον. ὁ δὲ ἀντίπατρος καὶ διὰ τὸν ἐπιτροπεύειν, δεινότατος μὲν ὢν ἐν τῷ τὸν πατέρα κολακεύειν, Ἀλεξόλας δὲ τῶν ἀδελφῶν πικρὸς ἐνίοτε ἀζήλωτος, καὶ τὰ μὲν, αὐτὸς ἐπ' αὐτῶν, τὰ δὲ, τοὺς ἀπαιδεύτους φημίζειν καθιεὶς, ἐξηντέπαιρε τοὺς ἀδελφοὺς ἀπέρρηξε τῆς βασιλικῆς· καὶ δὴ ἐν ταῖς Ἀλεξήκαις, ἐφανερῶς ἤδη Ἀλεξοχος. ὡς βασιλεὺς γοῦν ἐπιμφθησόμενος καίσαρα, τῷ τε κόσμῳ, καὶ ταῖς ἄλλαις ἐπιταγαῖς, πολὺ Ἀλεξήματος χερόμενος. χρόνῳ δὲ ἐξίσχυσεν εἰσαγαγεῖν ὅτι τὸν μαρίαμμης καὶ τοῦ μητέρα. δυσὶ δὲ ὕστερος ἦν τῶν ἀδελφῶν μόνος, πολακείᾳ δὲ Ἀλεξόλῃ, τὸν βασιλέα δὲ ὠφελήσαντος τῶν υἱῶν ἐπεμελήσατο. τὸν γοῦν ἀλέξανδρον ἐκ μέσου ῥώμης ὁ πατὴρ, τὸ ἐφ' ἑαυτῷ φαρμακεύειν ὅτι καίσαρος. ὁ δ' ὑρὼν μόλις ὀλοφυρμοῦ ῥηθέν, καὶ δικαίων ἐμπειρότερον ἀντιπάτρου, ἐνδου φρονιμώτερον, τὰ μὲν ἁμαρτήματα τοῦ πατρὸς ἡμύνας ἐπεστέλλατο. τοῖς δὲ αὐτοῦ Ἀλεξόλαις, ἐκρυβὰ ἀπεδύσατο. καθαρὸν δὲ δὲ τὸ ἀδελφὸν ἀποδείξας ἐπανεκόπτε τῶν κινδύνων, ἕως ἤδη τότε ἀντιπάτρου ὠθοῦντος, δὲ τὸ αὐτῶν ἀπιμέλειαν ἀπωδύρετο. συνήργει δὲ αὐτῷ μὴ καθαροῦ δὲ σωτῆρος, ἢ ἐπὶ λόγους ἐκ. ἐπὶ γὰρ δὴ δεινότατος ἐκεῖν. καὶ τὸ πλεῖστον μὲν ὡς τῷ πατρὶ κτήνους αὐτοὺς εἶναι ἤδη, προτιθεὶς τὸ ἔγκλημα, προσήκατο μὲν εἰς δάκρυα πάντας. τὸν δὲ καίσαρα διέθηκεν οὕτως, ὡς ἀποδοκιμάσαι μὲν αὐτῶν τὰ κατηγορημένα, Ἀλλάξαι δὲ ἐπὶ τὸν ἥττους. αἱ Ἀλλαγαὶ δὲ ὅτι τύπτεσθαι ἦσαν, τὸ ἐκείνους μὲν τῷ πατρὶ πάντα πειθηνιᾶν, τὸν τῶν βασιλείων καταλιπεῖν ὡ βούλεται. μετὰ τὰ δὲ τοῦ ῥώμης ἐπέστρεφεν ὁ βασιλεύς, τῶν μὲν ἐγκλημάτων ἀφηκέναι πάντας ἐπὶ δόκοις, τῆς δὲ ἐπιβουλῆς οὐκ ἀπολλάττειν μὲν· περιπολοῦσα δ' ἀντιπάτρου μίσους ἐπιδεῖσα, ἀλλ' εἰς γε τὸ φανερὸν τὴν ἀπέχθειαν οὐκ ἐξέφερε, τὸν Ἀλλαγὴν δὲ αἰδοῦμενος.

A quo superstitem dilexerat æquavit affectum. Maternæ autem iracundiæ succedunt filii, & immanitatem sceleris reputantes, non aliter suspectum patrem quam si hostis esset, habebant: idque & antea, quam diu Romæ in studiis erant, & multo magis postquam in Judæam reversi sunt. Siquidem cum ætatibus eorum mentium quoque roborabatur affectio. Jam vero maturi conjugio unus amitæ suæ Salomes, quæ matrem amborum accusaverat, filiam duxit: alter Archelai Cappadocum regis. Unde accessit etiam libertas odio, & occasiones ex eorum confidentia delatoribus collatæ sunt. Itaque apertius quidam cum rege colloqvebantur, quod ei per utrumque filium struerentur insidiæ: & alter quidem ultrices materni exitii simul cum fratre armaret manus: alter vero, hoc est Archelai gener, socero fretus etiam fugam pararet, ipsum apud Cæsarem accusaturus Herodem. His igitur criminationibus repletus Herodes, veluti propugnaculo sibi futurum adversus filios, adducit Antipatrum ex Doride susceptum: hisque illum præponere modis omnibus cœpit. Qui cum hanc mutationem tolerabilem non putarent, ac privata matre æditum proficientem viderent indignationem cohibere pro sua nobilitate non poterant: sed in singulis quibus offenderentur, iram prodebant. Et illi quidem in dies singulos magis magisque negligebantur. Antipater autem etiam sui causa favorabilis erat: nam & patri blandiri callidè noverat, & varias in fratres suos calumnias conferebat, quædam ipse dictitans, amicos vero suos ad alia divulganda submittens, donec omnino spem regni abscidit fratribus suis. In testamento enim ipse aperte qvoque jam successor fuerat declaratus. Denique tanquam rex etiam ad Cæsarem missus est, cultuque regio & cæteris obsequiis præter diadema utebatur. Tempore autem voluit etiam suam matrem in cubile Mariamnes inducere: duobusque armorum generibus in fratres usus, blanditiis & calumniis regi obrepsit, ut etiam de filiorum morte cogitaret. Quapropter Alexandrum quidem secum Romam pater abstractum, venenisibi dati reum apud Cæsarem postulavit. Ille autem vix deplorandi copiam nactus, & licet apud imperitissimum judicem, tamen Herode & Antipatro prudentiorem, delicta quidem patris verecunde suppressit: in se vero delata crimina fortiter diluit: periculorumque socio fratre purgato, mox de Antipatri calliditate, & de suis injuriis questus est: cum præter innocentiæ conscientiam eloqventia juvaretur. erat enim acerrimus in dicendo. postremo prolocutus quod eos pater libenter occideret, crimen illi objecit. & lacrymas quidem cunctis excussit, verum Cæsarem sic affecit, ut eorum accusationibus spretis, Herodem statim revocaret in gratiam. Hac autem lege reconciliatio facta est, ut adolescentes quidem patri in omnibus obedirent, ille autem relinqueret regnum cui vellet. Postea rex Roma reversus, licet solos criminibus filios videretur, nondum tamen erat suspicionibus liberatus: qvoniam argumentum hi sequebatur Antipater, etsi verecundia reconciliatoris palam proferre inimicitias non auderet.

Ant. lib. 16. cap. 4.

Cum autem Ciliciam præternavigans Eleusam A delatus esset, susceptit eum benignissime Archelaus, pro salute generi gratiam referens, & redintegratæ concordiæ causa lætus: quippe nihil moratus amicis Romæ scripserat, ut in causa dicenda suffragarentur Alexandro: & usque ad Zephyrium deduxit talentis XXX. donatum. Postea vero quam Hierosolymam pervenit Herodes, populo convocato, tribusque filiis prope B astantibus causam reddit profectionis: multaque Deo gratias agit, multas etiam Cæsari, qui domus suæ perturbationem sedasset: & quod regno majus esset, concordiam filiis præstitisset, quam ego, inquit, arctius copulabo. Nam ille quidem me regni dominum & successorum judicem constituit. Ego autem cum mea commoditate illi gratias refero, tresque filios meos reges designo, hujusque sententiæ meæ socium primum Deum C fieri precor, deinde vos. Namque huic ætas, illis nobilitas successionem regni conciliat, & quidem magnitudo ejus etiam pluribus sufficit. Quos autem Cæsar junxit, & pater instituit observate: non injustis eos, neque disparibus, sed meritis colentes honoribus. Nec enim tanta quis afficiet eum lætitia, cui præter ætatem obsequitur, quantum ei, qvem despiciet, doloris infliget. D Quos autem singulis conjunctos esse oporteat propinquos atq; amicos, ego distribuam, & concordiæ sponsores illos constituam: pro certo sciens, seditionum contentionumq; causas ex contubernalium nasci malitia: hosque si boni fuerint, affectiones tueri. Rogo autem ut non solum isti, sed etiam primates ordinum exercitus mei, in me solo spem habeant in præsentia. Non enim E regnum, sed regni honorem filiis meis trado: & jucunditate quidem quasi rectores potientur, pondus autem rerum tametsi nolim, meum est. Consideret autem quisque vestrum ætatem meam, vitæque institutum, nec non etiam pietatem. nam neque senex adeo sum, ut de me cito desperetur: neque voluptatibus assuetus, quæ adolescentium quoque vitam spacio breviore concludunt. Divinitatem vero ita coluimus, ut in F longum nos ævum progressuros esse credamus, quod si quis in contemptum meum filiis meis placere maluerit, etiam pro illis mihi supplicium dabit. Ego enim, non quod invideam ex me genitis, honorifice eos haberi veto: sed quia novi hæc studia adolescentibus ferociæ nutrimenta suggerere. Itaque si cogitent qui ad eos se applicant: bonis quidem apud me paratum esse præmium, seditiosis vero apud ipsos etiam quibus le- G nocinabantur, infructuosam fore malignitatem, omnes profecto mecum, hoc est, cum filiis meis sentient. Namque ipsis expedit me regnantem, meque his esse concordem. Vos autem, ô boni filii, sacram primum retinentes mente naturam, cujus affectiones inter feras bestias salvæ sunt, deinde Cæsarem qui nos reduxit in gratiam, fratres permanete. Jam nunc autem vobis & oro ut conservet judicium meum, si concordes eritis. Hæc locutus, singulos benigne consalutavit,

ὡς ἦλθε κιλικίαν παραπλέων Ἐλαιοῦσαν ἀ
τία μὲν αὐτὸν φιλοφρόνως ἐδέξατο. ἐπὶ δὲ
μεβρᾶ σωτηρίας ἐχαρίσατο, καὶ τῆς ἀλλαγ
ἐφηδόμενος, ὡς ἂν καὶ ταχὺν γεγραφὼς τὸν ὑπὲ
μης φίλοις, συλλαμβάνεσθαι τῷ τέλει δίκαιο
δηλῶν. προπέμπει μέχρι ζεφυρίου δῶρα δοὺς, μ
τριάκοντα ταλάντων. ὡς δὲ εἰς ἱεροσόλυμα ἦλ
ἀφικνεῖται, συναγαγὼν τὸν λαὸν, καὶ τοὺς τέσ
παραστάμενος, ἀπελογεῖτο περὶ τῆς ἀποδημίας.
πολλὰ μὲν ηὐχαρίστει τῷ θεῷ, πολλὰ δὲ καὶ πρὸ
σημένῳ τὸν οἶκον αὐτοῦ τεταραγμένον, καὶ μεῖ
τοῖς υἱοῖς παραχόντι τῆς βασιλείας τέλει ὁμοίως,
αὐτὸς ἔφη σωφρονέστερον μᾶλλον. ὁ μὲν γὰρ κύριο
τῆς ἀρχῆς καὶ δικαστὴν ἕξ Ἀλαδόχου καταστήσει, ὃ
μὴ ἕξ συμφέροντος ἑαυτῷ καὶ κείνου ἀμείβοιτο. τοὺ
τοὺς τρεῖς παῖδας ἀποδείκνυμι βασιλέας, καὶ τῆς
μης πρῶτον τὸν θεὸν σύμψηφον, ἔπειτα καὶ ὑμᾶς
ρακαλῶ γενέσθαι. τῷ μὲν γὰρ ἡλικία, τοῖς δὲ, εὐφυΐα
Ἀλαδοχὴν παρέχεται. τὸ γε μὴν μέγεθος τῆς βασιλεί
κεῖ καὶ πολλοῖσιν. οὓς δὲ καίσαρ μὲν ἥνωσε, καθίσ
τὴρ, ὑμεῖς τηρήσατε, μήτε ἀδίκους, μήτε ἀπρεπ
τὰς τιμὰς διδόντες. ἐκάστῳ δὲ πρέσβεσιν. οὐ γὰ
τον δ' ἐφανεῖται τὸν παρ' ἡλικίαν θεραπεύμε
σον ὀδυνῶσα τὸν ἀπρεπούμενον. οὓς γε μὲν ἑκάστ
εἶναι δεῖσα συγγενεῖς καὶ φίλους, ἐγὼ Ἀλαπεμὶ, τ
ὁμονοίας σκοπὸν ἐγγυητὰς καταστήσομαι, αἵτι
σάμενος, ὅτι τὰς σώσει, καὶ τὰς φιλονεικίας, γλ
αἱ τῶν σωθαλερισθέντων κακοήθειαι, καὶ ὑπο
χρῆσοι, τηροῦσι τὰς φρένας· ἀξιῶ δὲ οὐ μόνον τού
ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐν τῇ φρατιᾷ μου τάξιάρχους, ὧν
μόνῳ τὰς ἐλπίδας ἔχειν ὅτι δ' παρόντ. οὐ γὰ
σιλείαν, ἀλλὰ τιμὴν βασιλέας τοῖς υἱοῖς φυλάσ
καὶ τῶν μὲν ἡδέων, ὡς ἄρχοντες ἀπολαύσουσι βα
δὲ τῶν πραγμάτων, ἐμὸν ἐστι, κἂν μὴ θέλω σπεύδ
δὲ ἕκαστ. τὴν τε ἡλικίαν, καὶ τὴν ἀγωγὴν ἕ
καὶ τὴν εὐσέβειαν. οὔτε γὰρ οὕτως εἰμὶ γέρων, ὡς
ἀπελπιδῶσαν ταχέως, οὔτε εἰς τρυφὴν ἐκδεδομ
νος, ἢ καὶ νέους ἀφορμένους. τὸ τε θεῖον οὕτω τι
ραπόκαμον, ὡς τε ἂν ὀλίγῃ μήκιστον βίᾳ περιλ
δὲ τοὺς ἐμοὺς παῖδας θεραπεύων ὀλίγῃ τῇ ἐμῇ κα
λύσῃ, δώσει μοι καὶ παρ' ἐκείνων δίκας. οὐ γὰ
φρονῶν τοῖς ἐξ ἐμοῦ γεγονόσι, ἀνακόπτω τὸν
αὐτοὺς φιλοτιμίαν, ὀλίγῃ τῆς νέως γνώ
τὰς ἀρχὰς βραδύνω ἐφόδιον. ἐγὼ μὲν ἑκάστ
μηθεὶς τῶν παρόντων, ὅτι χρήσιος μοι ὢν, πᾶ
λήψεται τέλει ἀμοιβὴν, ἐπιτιμῶν ἢ κακῶς τῶν
πλουμένων τε κακοήθεις ἀνόνητον ἕξει, πάντας
τὰ ἐμὰ φρονήσουσιν, πυθέσθαι τὰ τῶν ἐμῶν υἱῶν. κ
τοῖς συμφέρει κρατεῖν ἐμὲ, καὶ μὲ τούτους ὁμοίως.
μοῖς δὲ ὦ παῖδες ἀγαθοὶ, πρῶτον ἐνθυμεῖσθε τ
ἱερὰν φύσιν, ἧς καὶ ὧδε θηρίοις αἱ στοργαὶ μέν
ἐάσατε τὸν πατρικὸν ἡμῶν τὰς ἀλλαγὰς κα
ρα, τρέπειν ἐμὲ τὸν ἐν οἷς ἕξειν ὀπάσατο θε
λοιῶτε, μένατε ἀδελφοί. δίδωμι δὲ ὑμῖν ἐσθῆτα
ἤδη καὶ θεραπείαν βασιλικήν. ἐπεύχομαι δὲ καὶ τ
τηρῆσαι τὴν ἐμὴν κρίσιν, ἂν ὁμονοῆτε. ταῦτα πάν
καὶ φιλοφρόνως ἅπασιν καταπαυσάμενος τῶν κα
διέλυσε

meque tertium qui ea quæ jubere liceat re
vestimenta, & obsequia dabo regalia: Deum

ἄλλων τὸ πλῆθος, τοὺς μὲν, συμφερομένους τοῖς ἐ- A
ρημένοις, ὅσοι ἦ ἐπιθυμοῦντες μεταβολῆς, μηδὲ ἀκηκοέ-
ναι φασκουσι μένους. συναπῆσαν ἦ τοῖς ἀδελφοῖς ἡ στά-
σις, καὶ χείρους τὰς ἐπ' ἀλλήλοις ὑποψίας ἔχοντες
ἀπηλλάγησαν. ἀλέξανδρος μὲν δὴ καὶ ἀριστόβουλος ἀδυ-
νάτως μὲν κακυφωτὸν ἀντιπάτρῳ τὸ πρεσβεῖον. ἀντι-
πατρος ἦ καὶ δι' ὀλιγωρίαν νεμεσῶν τοῖς ἀδελφοῖς.
ἀλλ' ὁ μὲν, ποικιλώτατος ὢν τὸ ἦθος, ἐχεμυθῶν τὸ
ἦδη, καὶ πολλῷ τῷ πανούργῳ χρώμενος, τὸ πρὸς αὐ- B
τοὺς ἐκάλυπτε μῖσος. τοῖς ἦ, δι' ὑγίειαν πᾶν τὸ νοη-
θὲν λαθεῖν γλώττης, καὶ παροξύνοντες μὲν, ἐπέκεντουν
πολλοὶ, πλείους ἦ τῶν φίλων παρεδύνοντο κατάσκοποι.
πᾶν ἦ τὸ παρ' ἀλεξάνδρου λαληθὲν, δι' ἡδονὴν λαβὼν παρ'
ἀντιπάτρου, καὶ μὴ προσθήκης μεταδοὺς ὅτου ἀντι-
πάτρῳ πρὸς ἡρῴδην. ἔτι δὲ ἁπλῶς φθεγξάμενος ὁ
παῖς, ἀνυπεύθυνος λαβὼν, ἀλλ' εἰς διαβολὴν τὸ ῥηθὲν
ἐξέφερεν, καὶ μειρακίως παῤῥησιαζόμενος μέγιστα τοῖς
ἐλαχίστοις προσκαλάπτετο. καθὸν ἦ ἀντίπατρος ἀεὶ C
τοὺς ἐρωτῶντας, ὅπως αὐτὸ τὸ ψεῦδος ἔχοι τὰς ἀ-
φορμὰς ἀληθεῖς, καὶ τῶν φημιζομένων ἔν τι διε-
λεγχθὲν, ἅπασι πίστιν ἐπιτίθει. καὶ τῶν αὐτὸ μὲν φίλων
ἡ φύσις συκοφαντώτατος λαβὼν ἕκαστος, ἡ κατασκάζετο
δωρεαῖς, ὡς μηδὲν ἐκφέρειν τῶν ἀπορρήτων, καὶ τὸν ἀν-
τιπάτρου βίον, ὅπως ἂν ἁμάρτοι τις οἷός τε κακίας μυρί-
ους. τοὺς γὰρ ἀλεξάνδρῳ σωζόντας χρήμασι διαφθεί-
ρων, ἢ κολακείαις ὑπῶν, οἷς πάντα κατειργάσατο, πει-
θοῖ προδότας, καὶ τῶν πραττομένων ἢ λαλουμένων
φῶρας. πάντα ἦ ἐξεσκευασμένος δραματουργῶν, τὰς
πρὸς ἡρῴδην ὁδοὺς τῇ διαβολῇ ἐποίητο τεχνικώ-
τατος. αὐτὸς μὲν ἀδελφὸς προσωπεῖον ἐπικείμενος, D
καθοὺς ἦ μεμυημένος ἑτέρους. καὶ παιδὰν ἀπαγγελθείη
τι κατ' ἀλεξάνδρου, παρελθὼν ἐπανείνετο, καὶ διαπυ-
ρῶν τὸ ῥηθὲν δεξάμενος, ἔπειτα κατασκάζειν ἡ συνχῇ,
καὶ πρὸς ἀναίρεσιν ἐξῆγε τὸν βασιλέα. πάντα δὲ
οἷς ἐπιβουλὴν ἀνήγετο, καὶ τὸ δοκοῦν τῇ σφαγῇ δ' πα- E
τρὸς ἐφεδρεύειν ἀλέξανδρον, ὑδὲν γὰρ ἕτω πίστιν ἐχορή-
γει τοῖς διαβολαῖς, ὡς ὁπολογούμενος ἀντίπατρος
ὑπὲρ αὐτοῦ. τούτοις ἡρῴδης ἐξαγριούμενος, ὅσον ὑφή-
ρει καθ' ἡμέραν τῆς πρὸς τὸ μειράκια ζοργῆς πα-
σῶν ἀντιπάτρῳ προστίθει. συναπεκλίναν δὲ
καὶ τῶν κῆ τὸ βασίλειον, οἱ μὲν ἑκόντες, οἱ δὲ ἐξ ἐπι-
τάγματος, ὥσπερ πτολεμαῖος ὁ τιμιώτατος τῶν φί-
λων, οἵ τε ἀδελφοὶ δ' βασιλέως, καὶ πᾶσα ἡ γενεά. F
πάντα γὰρ ἀντίπατρος λαβὼν. καὶ τὸ πικρότατον ἀλε-
ξάνδρῳ, πάντα λαβὼν ἡ ἀντιπάτρου μήτηρ, σύμβουλος
κατ' αὐτῶν, μητρυιᾶς χαλεπωτέρα, καὶ πολὺ τὸ
προγόνων μισοῦσα τὸς ἐκ βασιλίδος. πάντες μὲν οὖν
ἐπὶ ταῖς ἐλπίσιν, ἐθεράπευον ἀντίπατρον ἤδη. συνα-
φίστε ἦ ἕκαστον, τὰ βασιλέως προστάγματα, ὡδαγωγίαι
λαβὼν τοῖς τιμιωτάτοις, μήτε προσιέναι, μήτε προσ-
κεῖν τοῖς περὶ ἀλέξανδρον. φοβερὸς ἦν ἁ μένον τοῖς ἐκ
τοῖς βασιλείοις, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἔξωθεν φίλοις. ἁδενὶ γὰρ G
βασιλέων τοσαύτην καῖσαρ ἔδωκε τιμὴν, ὥστε τ' ἀπ'
αὐτοῦ φθόνους, καὶ μὴ προσηκούσης πόλεως ἐξαγα-
γεῖν. τοὺς ἦ μειράκια, τοὺς μὲν διαβολὰς ἠγνόη, ὡδ' καὶ

populumque dimisit: alios convenientia dictis ejus optantes: qui vero mutationis erant cupidi, ne audisse quidem se quicquam simulantes. Fratres autem dissensio non reliquit, sed pejora suspicantes alius de alio digressi sunt. Namq; Alexander & Aristobulus ægrè ferebāt confirmatum esse Antipatro meritum, Antipater autē succensebat vel secundo loco fratres haberi. sed tamen ille pro varietate morum, & reticere secreta noverat, & quanto sibi essent odio multa fraude celabat. His autem pro nobilitate generis, in lingua erat quicquid venisset in mentem. Et multi quidem his instigandis operam dabant, plures autem amicorum sese explorandi causa insinuabant. Itaque omne qvod dictum esset apud Alexandrum, statim apud Antipatrum erat, & ab Antipatro ad Herodem cum adjectione deferebatur. Nec vel simpliciter aliquid prolocutus, adolescens innoxius habebatur, sed cuncta ejus verba in crimina vertebantur: maximaque minimis affingebantur, sicubi liberior paulo fuisset. Semper autem qui eum irritarent, submittebat Antipater, ut mendacia sua veras occasiones haberent: multisque falso vulgatis, unum qvid comprobatum fidem omnibus faceret. Sed hujus quidem amicorum quisque aut natura taciturnus erat, aut muneribus parabatur, ne quid occultum expromeret: nec erraret aliquis, si Antipatri vitam malitiæ dixisset arcanum. Alexandri vero familiares, aut pecunia corruptos, aut impulsos blanditiis, quibus expugnavit omnia, fures ac proditores eorum quæ contra se dicerentur sive agerentur, effecerat. Cum autem caute universa committeret, astutis etiam criminationibus aditus ad Herodem moliebatur: fratrisque personam gerens aliis delatoribus subornatis utebatur. Si quid in Alexandrum nunciassent favore simulato, id qvod primo reprehendisset, mox otiose astruendo, regis iracundiam provocabat omniaque ad insidias referebat: & ut necem patris Alexander optare videretur. nihil enim majorem fidem calumniis suggerebat, quam si eum purgaret Antipater. His accensus Herodes, quantum in dies singulos de affectu adolescentium detrahebat, tantum adjiciebat Antipatro. In eandem vero partem inclinati sunt etiam qui regno parebant: hi volentes alii pro imperio, sicut Ptolemæus amicorum clarissimus, regisq; fratres, ac tota progenies. omnia namque in Antipatro sita erant: & qvod Alexandro fuit acerbissimum, cuncta in eorum perniciem, matris Antipatri consilio gerebantur. Noverca enim sævior erat, multoque plusquam privignos oderat, qvos regina mater ediderat. Sed quanquam omnes, ut Antipatro magis obsequerentur, spes inducebat: non minus tamen præcepta regis quemque ab adolescentibus separabant: qui carissimis edixerat, ne quis ad Aristobulum vel ejus fratrem accederet, aut se ad eos applicaret. non solum autem regalibus erat formidini, verumetiam externis amicis. Nulli enim regum tantum potestatis Cæsar dederat, ut fugitivos suos quamvis ex civitatibus non subjectis ei liceret educere. Adolescentes autem delata in se facinora nesciebant, hisque

propterea capiebantur incautius. Nullus enim palam incusabatur a patre: sed affectu refrigescente paulatim intelligentes, adversus dolorem asperius excitabantur. Eodem autem modo etiam Pheroram patruum, & Salomen amitam, contra illos commovit Antipater, assidue velut cum uxore sermocinando quibus in eos insti garetur. Hujus autem inimicitias augebat Alexandri qvoque uxor Glaphyra, multa de sua nobilitate commemorans, cunctarumque se quæ in regno viverent dominam esse dictitans: paternum enim genus à Temeno, maternum autem à Dario Hystaspis filio ducere, multumque ignobilitatem despiciens sororis & uxorum Herodis: quarum quæque propter formam, non propter nobilitatem esset electa. Namque multas ei fuisse diximus uxores: quod liceret Judæis more patrio plures habere, quodque rex pluribus oblectaretur. Omnibus igitur propter superbiam & contumelias Glaphyræ invisus erat Alexander. Salomen autem Aristobulus, etsi socrus ejus erat, ipse inimicam sibi reddidit, & ante quidem propter maledicta Glaphyræ sævientem: freqventer enim humilitatem generis objiciebat uxori: quodque ipse privatam, reginam vero frater suus duxisset Alexander. Hoc Salomes filia cum fletu matri nunciavit. Addebat autem, quod aliorum qvoque fratrum matres idem Alexander & Aristobulus, si regnum obtinuissent, textrices cum ancillis facere minitarentur, ipsos qvoque vicorum scribas, scilicet irridentes, quod literarum studiis operam darent. His commota Salome, qvod iracundiam cohibere non posset, Herodi cuncta indicavit. Satis autem idonea videbatur contra generum dicens. Et præter hæc alia quædam criminatio divulgata est, quæ succendit animum regis. Audivit enim Alexandrum & Aristobulum crebro matrem implorare, casumque ejus cum gemitu atq; imprecationibus conqueri: ac sæpe illo quædam ex Mariamnes vestimentis posterioribus dividente conjugibo, minitari solitos esse, quod cito pro regalibus deliciis nigris vestibo indueren-

Ant. lib. 16. cap. 7.

tur. His de causis Herodes licet constantem animum adolescentium formidaret, tamen ne spem correptionis abscinderet, ad se eos vocavit: Romam n. migraturus erat: & quasi rex pauca interminatus, pluribus quasi pater monuit: rogavitque ut fratres diligerent, promissa priorum peccatorum venia, si post hæc meliores fierent. Illi autem criminationum invidiam deprecando fictas eas esse dicebant, purgationisque suæ fidem rebus ipsis posse constare: verum ipsum quoque debere, omissa facilitate credendi, aditum maledictis obstruere. nunquam enim calumniatores defore, dum cui persuadeatur extabit. Cum his eum mature placavissent, ut patrem, præsenti metu rejecto, de futuris mœrere cœperunt. tenim cognovere Salomen sibi esse infensam, & patruum Pheroram: uterque autem sævi & graves ... sed amplius P eroras, qui totius quidem regni præter diadema socius esset: proprios autem ... tus habere centum talentorum, totiusque trans Jordanem terræ fructus ipse caperet, a frat...

ἐς αὐτὸν ἐπίστησε καὶ τετραρχην, αὐτὸς μὲν
κέσαρ, βασιλικῶν τε γάμων ἠξίωσε συνοι-
ἀδελφῷ τὴν ἰδίαν γυναικὸς, μὴ ὢν τ ἐκείνης πα-
, καθωσίωσε τὴν πεντηκοντούτιδα τῶν αὐτοῦ θυγα-
θυγατρὶ τρισκοσίοις ταλάντοις. ἀλλ' ἀπέδρα
ς τὸν βασιλικὸν γάμον πρὸς ἐρωτα δούλης. ἐφ'
ἐποίησας ἡρώδης, τὴν μὲν θυγατέρα τῷ πρὸς πάρ-
θρον ἀνεψιῷ ἔπεμψε σωιέζαξεν ἀδελφιδῷ. φε-
ὢν μετ' ὀλίγον τὴν ὀργὴν ἀνῆκε. δίδους συγγώμην
ν. διεκάλεσε ὢν καὶ πάλιν μὲν, ἐπ ζώσης τ βα-
κ, ἐπιβουλεύειν αὐτῷ φαρμάκοις. τότε ὢν πολῖται
ὶ πρεσβύτεροι, ὡς καπερ φιλαδελφότατον ὄν-
ἦν, εἰς πίστιν ἐπαχθῆναι τῶν λεγομένων τ δέος.
ὢν τῶν ἐν ὑποψίᾳ βασανίσας, πολυπλόον
θη τοὺς φερώρα φίλους, ὧν ἐπιβουλεύειν μὲν, ἀνα-
ὡμολόγησεν οὐδείς, ὅτι ὢν τ ἐρωμένου ἁρπα-
ς εἰς παῖδας ἀποδράναι παρεσκεύαζετο. συμ-
ς ὢν δ' σκέμματος αὐτῷ τ φυγῆς, κοσοβαρ-
ἰμης ἀνὴρ, ὦ σωιώκισεν αὐτὴν ὁ βασιλεὺς ἐπὶ
ῷ πρότερου ἀλαφθαρέντ. ἦν ὢν ἐλεύθερα
λῆς, ἃ ὢν συνέλαμψε καὶ δι αὐτ φερώρας ὁ ἀδελ-
πατρός, συνῆκας ὡδὶ γάμε ποιεμένης πρὸς
ν, τ ὁσάδα δ' ἀράβων βασιλέως ὑπάτροπον, ὃς ἦν
ὶ τ ἡρώδη. διελεχθεῖσα ὢν καὶ τοῦτο, καὶ πάν-
φερώρας ἐνεκάλει, συγχινώσκει ὢν, καὶ αὐτ ὢν φε-
ὁ βασιλεὺς ἀπέλυσε τῶν ἐγκλημάτων. μετὰ-
ἐπ' ἀλεξανδρον ὁ χειμὼν τῆς οἰκίας, καὶ ὡδὶ
ἐίνου κεφαλαὶ ἅλ. ἀπηκόντα. τρεῖς ἦσαν
οὶ τῷ βασιλεῖ πιμωτατοι, καὶ δῆλον. ἐξ ὧν ἐλει-
ιν· τῷ μὲν γὰ οἰνοχοεῖν προσετέτακτο, τῷ ὢν
προσφέρειν, ὁ ὢν αὐτὸν κατακοιμίζε τε καὶ
πκλίνετο. τούτους εἰς τὰ παιδικὰ διαφορᾶς μεγα-
πήγετο ὁ ἀλέξανδρ. μιμνῄσκειν ὢν τ βασιλέ,
χοντο βασάνοις. καὶ τὸν μὲν σωφροσύνην δ' ἥκιστα
γειν. ἐξέφερον ὢν καὶ τὰς εἰς αὐτὸν ἐπιβουλὰς,
ὧν ἀπατηθεὶς τῷ ἀλεξάνδρου, λέγοντ. ὡς
ἡρώδη δεῖν τὰς ἐλπίδας ἔχειν, ἀναιδεῖ γέροντι
πολεμοῦντας τὰς κόμας, εἰ μὴ ἀλλ' τοῦτο αὐτὸν αἰσχύ-
νέον, αὐτῷ ὢν προσέχειν, ὃς ἐ ὠδὶ ἄκοντ. διέζε-
ὸ βασιλείαν, ἐπ' εἰς μακρὰν τ τοὺς μὲν ἐχθροὺς
ῆ, τοὺς φίλους δ' δαίμονας ποιῆσ καὶ μακα-
πάντων δ' αὐτούς. εἶναι ὢν καὶ θεραπείαν, τ
τῶν, ὡδὶ τ ἀλεξάνδρου λαθραίαν, τοὺς τε ἡγεμόνας
πιστικῆ, ἐ τοὺς ταξιάρχους, κρυφᾷ πρὸς αὐτὸν
νοη. τοῦτο τὸν ἡρώδην οὕτως ἐξεφόβησεν, ὡς μηδὲ
χημα τολμᾶσθαι τοὺς μισοῦντας σκιφρεῖν, ἀλλὰ
τοὺς ἐπιπέμπων νυκτωρ, ἐ μεθ' ἡμέραν, ἕκα-
καθομιλῶν ἢ λεγομένων διηρώτα, ἢ τοὺς ἐν τοῖς
βίοις, ἀ θεασάμενος. δεινὸς ὢν αἰσθέσθαι ἐπλησθη
πλεῖον. ἢ ὢν ἐχθραν ἢ μῖσ τ θεῶν, ἕνας τ ἐ-
τε τοὺς ἀλγεδόνας, ἐ πολλοὶ πρὸς τοὺς ἀλαφόρους,
ἢ τι τῶν βασιλικῶν θυμῶ κατεχρῶντο. ἢ τὸ μὲν
δος εἶχε τῶν ἀγχόνην ποιῆσαι, οἱ κολάσεις ὢν τῶν ἀλα-
ἦσαν ὠκύτεραι. κατηγόρητο γοῦν τις, ἅρπ κατη-
τος, καὶ τῷ πρὸ αὐτοῦ διελεγχθέντι, συναπήγετο.

A dono datæ. Quinetiam tetrarcham eum fieri beneficio Cæsaris, idem Herodes impetraverat: regalique conjugio dignatus erat, sorore uxoris suæ nuptum ei collocata. Et post illius mortem, desponderat ei filiarum suarum maximam, trecentis talentis in dotem datis. Sed regale matrimonium Pheroras, ancillæ amore captus, refugerat. quamobrem iratus Herodes, filiam nuptum dedit fratris filio, qui post à Parthis occisus est. Mox autem morbo Pheroræ venia data, indignationem remisit. De hoc autem erat vetus opinio, quod etiam viva regina Herodem opprimere voluisset veneno. Sed tunc plurimis delatoribus aditus erat, ut quamvis amantissimus fratris esset Herodes, fide tamen eorum quæ audisset, adduceretur ad metum. Itaque de multis qui suspecti erant habita quæstione, postremo ad Pheroræ amicos venit, qvorum nulla quidem fuit de maleficiis aperta confessio, quod cum amica subrepta in Parthos cogitasset effugere prodiderunt: hujus autem consilii & fugæ consciũm esse Aristobulum Salomes maritum: cui rex eam tradidit, postquam superior adulterii causa peremptus est. sed nec Salome criminatione libera manserat. nam & hanc frater Pheroras accusabat, qvod cum Syllæo procuratore Obodæ regis Arabum de nuptiis constituisset, quem inimicissimum Herodes habebat. Convicta autem & in hoc, & in omnibus quæ Pheroras detulerat, indulgentiam meruit: itaque ipsum etiam rex Pheroram criminibus solvit. Domus vero tempestas in Alexandrum transiit, totaque capiti ejus incubuit. Tres erant eunuchi regis carissimi, & ex genere famulatus neminem id latebat. Uni enim vinum ministrare fuit cura, alteri cœnam apponere, tertius autem dormitum eum collocabat, & cum ipso cubabat: hos muneribus maximis Alexander cupiditati suæ subjecerat. Itaque postquam regi hæc sunt indicata, vi tormentorum coacti & stuprum statim confessi sunt, & quibus essent ad hoc promissis induci aperuerunt: qvomodo eos fefellisset Alexander, nullam in Herode spem habendam esse, improbo sene, commemorans, & qui capillos inficeret, ut ob hoc etiam eum juvenem putarent: verum se coli oportere, qui etiam invito eo regni esset futurus successor: neque multo post ab inimicis pœnas repeteret, fortunatosque amicos suos beatosque faceret, ac præ cæteris ipsos. Quin & obsequia potentium Alexandro clam parere, militumque rectores, itemque ordinum principes occultè ad eum convenire dixerunt. Hæc Herodes adeo pertimuit, ut non auderet statim delata proferre, sed exploratores die noctuque submittens, dicta factaque singula scrutabatur: & de qvibus suspicio esset, ilico trucidabat. Itaque regnum ejus acerbissima iniquitate repletum est. Nam pro suo quisque odio vel inimicitiis, calumnias finxere, multique regis iracundia cædis cupida contra adversarios abutebantur. & mendacio eum confestim fides habebatur: erant autem criminationibus ipsis velociora supplicia. Denique accusabatur qui modo accusaverat: & cum eo qui ante se convictus esset, ducebatur ad pœnam.

De vita namque periculum regis quæstiones breviore compendio terminabat. Ad hoc autem sævitiæ processerat, ut nec eorum quenquam humanius aspiceret, qui accusati non essent: verum etiam amicis immitissimum sese præberet: Itaque multis etiam regno interdixit. & in quos potestatem non habebat, in eos dictis asperis sæviebat. Accessit malis Antipater, collectaque propinquorum caterva, nullum criminationis genus omisit. Tantus autem ineptia sua regem commentisque delatorum timor invasit ut stricto instare sibi gladio videretur videre Alexandrum: Denique subito & ipsum correptum in vincula conjecit, & in amicorum ejus tormenta perrexit, multi autem tacitè moriebantur, nulla voce supra conscientiam prodita. alii vero quibus mendacium impatientia doloris extorsit, de patris eum insidiis cum fratre Aristobulo cogitasse dixerunt: tempusque observare, ut illo dum venaretur occiso, Romam profugerent. His tametsi verisimilia non erant, sed necessitate cruciatus ex tempore fingebantur, libenti tamen animo rex credebat, pro consolatione accipiens vincti filii, ne id feciisse videretur injuste. Verum Alexander quoniam suspicionem patris nullo modo aboleri posse arbitrabatur, ultro malis assentiendum putavit: ac digestis adversus inimicos quatuor libris, fatetur insidias, earumque se plurimos socios habere perscribit; ante omnes autem Pheroram & Salomen. Hanc enim etiam stupro sibi quondam esse mixtam, cum vim noctu adhibuisset invito. Jamque libri in manibus erant Herodis: multa & gravia de optimatibus clamantes, cum mature in Judæam Archelaus venit: metuens generoE simul ac filiæ, quibus etiam providentissimo consilio succurrit, regisque minas arte dissolvit. Mox enim cum eo congressus, ubinam est, clamat, exitiabilis gener meus? aut ubi parricidale caput aspiciam, quod meis manibus ipse lacerabo: addamque filiam meam bono marito novo? nam etsi consilii particeps non est, quia tamen ejusmodi viri conjunx fuit, inquinata est. Miror autem patientiam tuam, cujus periculum agitur, quod adhuc vivit Alexander: ego namque ita ex Cappadocia properans veniebam, ut qui & illum reperirem olim dedisse supplicium, & de filia quæstionem tecum haberem, quam tui tuæque dignitatis contemplatione illi desponderam. At nunc de utroque nobis consulendum est: licet nimium pater sis, & ad puniendum insidiatorem filium minus fortis. Permutemus dexteras, & alter alterius iracundiæ vicarii succedamus. Talibus increpans, quamvis pertinacem fallit Herodem. Itaq; ille quos Alexander perscripserat libros, legendos ei præbet, singulisque capitulis insistens, cum eo deliberabat. Unde occasionem sui consilii nactus Archelaus, paulatim causam in eos, qui scriptis continebantur, & in Pheroram contulit. Cum autem fibi cre-

Ant. lib. 16. cap. 8. 9.

dere regem videret, considerandum est, inquit, ne forte adolescentulus tot nequissimorum insidiis circumveniatur, non tu ab adolescentulo. nec enim apparere causam, cur in tantum ruerit sceleris qui & nunc regno potiretur, & successionem regni speraret, nisi aliquos haberet hujus persuasionis

ἀνατιθέντες, καὶ τὸν ἡλικίας δ' ὄκλον, ὅτι καιρὸν μεταχειρίζοιμι. Διαφθεῖρε γὰρ τῶν τοιούτων ἐξαπατῶσ μὲν, οὐ νέους μόνον, ἀλλὰ καὶ γέροντας, οἴκους τε λαμπροτάτους καὶ βασιλείας ὅλας ἀνατρέπουσ. σωφρονεῖ τοῖς λεγομένοις ἡρῴδης. καὶ τὸ μὲν πρὸς Ἀλέξανδρον ὀργὴν, ἐπαύσατο ὀλίγον, πρὸς δὲ Φερώραν παρωξύνετο. τῶν δὲ παρόντων βιβλίων, ἓν ἦν τοῦτο, ὃς κατέδειξε παρὰ βασιλέως ὀφυρόπολιν, καὶ τὰ ἀρχελάου Φιλίαν παρ' αὐτοῦ πάντων κρατοῦσαν, ὡς οὐκ εἰς ἄλλην ἐπιτηδειότητα, τὴν δι' ἀναιδείας ἐπεμήχετο. καταλιπὼν γὰρ Ἀλέξανδρον, πρὸς Φερώραν ἔρχεται. κἀκεῖνος, ἐκ ὁρᾶν ἔφη πῶς ἂν αὐτὸν ἐξαπατήσαιτο, τοὺς τοὺς ἐνεχομένους ἐγκλήμασιν, ἐξ ὧν σαφῶς ἀποδείκνυ· δ' βασιλέως ἄβουλος, καὶ τὰ παρόντων τῆ μειρακίῳ κακῶν αἴτιος μόνως, εἰ μὴ θέλοι τὸ παρὸν ἐκ τῆς ἀρνήσεως ἀφεῖς, ὁμολογήσαι μὲν τὰ κατηγορήματα, συγγνώμην δ' αἰτήσασθαι τοῦ τε ἀδελφοῦ καὶ Φιλίππου, εἰς ἃ τὰ πάντα τρόπον αὐτῷ συνηργήκει. πείθει Φερώρας, καὶ καταπλάσας αὐτ, ὡς ἂν οἰκτρότατος φανείη, μελαίνη τι ἐσθῆτι καὶ δακρύοις, προσπίπτει τοῖς ἡρῴδου ποσίν, ὡς πολλάκις ἔτυχε, συγγνώμην αἰτούμενος, καὶ μικρὸν μὲν ἐκ τῶν ὁμολογῶν, δεδρακέναι δ' πάντα ὅσα κατηγορήθη. ἔδακνον δ' Φρενῶν καὶ μανίαν ὀδυρόμενος, ἧς αἴτιον εἶναι τὸν ἔρωτα τῆς γυναικὸς ἔλεγε, ἔδωκέ τε δ' κατηγόρου καὶ μάρτυρα αὐτῷ Φερώραν δ' Ἀρχέλαος, ἤδη παρεῖναι φάσκοντα, ἐκ τ' ἡρῴδου κατέστελλεν ὀργὴν, χρώμενος οἰκείοις παραδείγμασι. καὶ γὰρ αὐτὸς πολλῷ χαλεπώτερα πάσχων ὑπὸ ἀδελφοῦ τ' αἰμωδίας ὅπως ἔσοιτο πρόφασις τοῦ φύσει δικαίου. ἐν γὰρ τοῖς βασιλείοις, ὥσπερ ἐν μεγάλοις σώμασιν, ἀεί τι μέρος φλεγμαίνειν, ὑπὸ δ' βάρους, ὅπερ ἀποκόπτειν μὲν οὐ χρῆναι, θεραπεύειν δ' πρώτιστον. πολλὰ τοιαῦτα λέγων, ἡρῴδην μὲν ὅπως Φερώρᾳ μειλίσσοι, διέμελλε δ' αὐτὸς ἀγανακτῶν πρὸς Ἀλέξανδρον, καὶ τὴν θυγατέρα Ἀλεξάνδρας, ἀπάξειν ἔφασκεν. ἕως πρεσβεύσειν ἡρῴδην αὐτῷ καλέσων ὑπὲρ δ' μειρακίου, καὶ πάλιν αὖτῷ μνησθεὶς τὴν θυγατέρα, σφόδρα δ' ἀξιοπίστως ἔχελαος ὡ βούλεται σωφρονίζειν αὐτὸν ἐπέτρεπε, τὸν Ἀλέξανδρον. πρεσβεύσεσθαι δὲ πρέπειν πρὸς αὐτὸν τὸ δ' πατρὸς δίκαιον. Φαμμούου δ' βασιλέως δῶρον ἔχειν, παρ' αὐτοῦ τὸν υἱὸν, εἰ μὴ λύσοι τὸν γάμον, ὄντων μὲν αὐτοῖς ἤδη καὶ τέκνων, στεργομένης δ' οὕτως ὑπὸ δ' μειρακίου τ' γυναικὸς, ὡ ὥσθ' ἑαυτὸν μὲν ἐστὸς δυστύχημα τ' ἡμαρτημένων. ἀπορράγεσθαι δ', αἰτίαν τῆς εἰς ἅπαντα ἀπογνώσεως. μαλακωτέρας δὲ γίνεσθαι πάλιν ἑαυτὸν πάντων οἰκείοις θεραπωμένης. κατανεύει μόγις ἔχελαος, Ἀλλάσσεσθαί τε, καὶ Ἀλλάσσειν τὸν πενθερὸν τ' πατέρα. δεῖν μὲν τοι πάντως ἔφη πέμπειν αὐτὸν εἰς ῥώμην, καὶ σφᾶς Ἀλεξάνδρου. γενέσθαι δὲ αὐτὸς ἐκείνῳ θεὶ πάντων. τὸ μὲν οὖν ἀρχελάου στρατήγημα, δι' οὗ τὸν γαμβρὸν ἐρρύσατο, πέρας εἶχε. μετὰ δ' τοῦτο Ἀλλαγὰς, ἐν δίωχίαις ἑ φιλοφρονήσεσι δηλοῦν. ἀπόντα δ' αὐτὸν ἡρῴδης δωρεῖται τάλαντον ἑβδομήκοντα δώροις, θρόνῳ τε χρυσῷ Ἀλαβάστρῳ, καὶ εὐνούχοις καὶ παλλακίδι. ἧς ἐκαλεῖτο Πανυχὶς, τῶν τε φίλων ἐτίμησεν ἕκαστον κατ' ἀξίαν.

autores, qui ad deteriorem partem lubricum ætatis impellerent. Ab ejusmodi namque hominibus non ſolum adoleſcentulos falli, verumetiam ſenes, domosque clariſſimas totaque regna ſolere ſubverti. Conſentiebat dictis Herodes, iramque paulatim remittebat in Alexandro, & in Pheroram excitabatur. namque hic erat librorum quatuor argumentum. qui ubi propenſiorem eſſe regis animum ſenſit, & in omnibus apud eum amicitiam Archelai prævalere, qvam honeſte non poſſet, ex impudentia ſalutem quæſivit, relictoqve Alexandro, confugit ad Archelaum. & ille negat ſe videre, qvo pacto eximat tot criminibus involutum, quibus manifeſte convinceretur regem inſidiis voluiſſe decipere, omniumque malorum præſentium adoleſcenti cauſa fuiſſe: niſi malit omiſſis artibus callidis, & negandi pertinacia, de quibus inſimularetur omnia confiteri, & a fratre, præſertim cui dilectus eſſet, veniam petere. namque ad hoc ei modis omnibus ſe quoque opem laturum. Paruit Archelao Pheroras, atraque veſte cum lacrymis, ut quam miſerabilis appareret, inſtructus, ad pedes Herodis acceſſit: veniamque meruit poſtulans. & ſe quidem ſceleratum eſſe fatebatur: namque omnia quæ ſibi objicerentur feciſſe, horum autem cauſam eſſe diminutionem mentis atque inſaniam, ex mulieris amore conceptam. Itaque poſtquam ſtetit Pheroras ſuimet ipſe accuſator ac teſtis, tunc eum jam Archelaus excuſando, Herodis iracundiam mitigabat, propriis uſus exemplis: etenim ſe qvoqve à fratre multo graviora perpeſſum, naturale jus dicebat antepoſuiſſe vindictæ, Quippe in regnis, velut in magnis corporibus, ſemper aliquam partem pondere ipſo tumeſcere: quam recidi quidem non oportere, leniter vero curari. Multa in hunc modum locutus Archelaus, Herodem quidem Pheroræ placidum reddidit, ipſe autem Alexandro tamdiu manebat iratus, filiamque ab eo diſtractam ſecum abdùcturum ſe ajebat, donec Herodem compulit ultro pro adoleſcentulo deprecari, ut iterum ei filiam deſponderet. Satis autem gravatim Archelaus cui vellet eam præter Alexandrum collocari permiſit, maximi enim pendere, quo jura inter ſe affinitatis inviolata permaneant. Rege autem ſibi filium ab eo donatum affirmante, niſi matrimonium diremiſſet, quod & liberos jam haberent, uxor quoque ab adoleſcente diligeretur: quæ ſi remaneret, peccatorum foret oblivio: ſi vero diſcederet, cauſa de omnibus deſperandi: molliorem namque fieri audaciam: ſi domeſticis affectionibus diſtrahatur: vix tandem ceſſit, unaque & ipſe rediit cum adoleſcente in gratiam, & patrem ejus reduxit. Procul dubio tamen eum Romam mitti debere ait, cum Cæſare collocuturum: de omnibus enim ſeſe literas ad eum feciſſe. Vafrum igitur Archelai conſilium, qvo generum periculo liberavit peractum erat, & redintegrata concordia in epulis & humanitate convictus familiariter verſabantur. Abeuntem autem muneribus talentorum ſeptuaginta, ſolio qvoq; aureo gemmis ornato, & eunuchis, & concubina donat Herodes, quæ Pannychis vocabatur: itemq; amicorũ ejus quemq; pro merito

quin & cognati regis omnes, jussu ejus Archelao dona splendidissima dederunt: eumque tam ipse quam optimates Antiochiam usque prosecuti sunt. Non multo post quidam in Judæam venit, Archelai consiliis multo potentior: qui non solum reconciliationem gratiæ Alexandro quæsitam fecit irritam. verum etiam causa fuit, ut periret. Laco erat genere, nomine Eurycles, ad regni desiderium amore pecuniæ corruptus. Jam enim luxum ejus regia tolerare non poterat. Is amplissimis donis Herodi oblatis, velut eorum, quæ aucuparetur illecebra, cum statim multiplicata recepisset, immaculatam liberalitatem nihil esse ducebat, nisi regum sanguine comparasset. Itaque regem adulatione falsisque de ipso laudibus, & sermonis calliditate circumvenit: matureque perspecto ejus ingenio, dictis simul & factis quæ illi placerent, inter primos ejus amicos habetur. Nam & rex & omnes ejus comites libenter civem Spartæ patriæ causa, præcipuo dignum honore ducebant. Ille autem, postquam fragilitatem domus animadvertit, fratrumque inimicitias, & quemadmodum pater in singulos esset animatus, Antipatri quidem hospitio præventus erat. Simulata vero amicitia fallebat Alexandrum olim se & Archelai socium esse mentitus, quo etiam citius quasi probatus obrepsit. Moxque ab eo fratri quoque Aristobulo commendatus est. Pertentatis autem personis omnibus, aliam alio modo subibat: ac primum fit Antipatri mercenarius, & Alexandri proditor: illum exprobrando castigans, qvod & qvum fratrum sit maximus, spei suæ negligat insidiatores. Alexandrum vero, qvod regina creatus, & regiæ vir conjugis, filium privatæ mulieris pateretur regno succedere: præsertim qvum haberet magnam occasionem Archelaum: quæ quidem adolescenti bona fide suadere videbatur, quod amicitiam simulasset Archelai. Unde nec Alexander quicquam metuens, & de Antipatro quæ se moverent apud eum querebatur: & quod nihil mirum faceret Herodes, si cum matrem illorum interemit, ipsis quoque regnum ejus auferret. quorum causa Eurycles & miserari eos & condolere simulans, etiam Aristobulum ad ea dicenda pellexit: atque ita qverelis in patrem utroque devincto, referens ad Antipatrum secreta discedit: afficto qvoqve insidiarum mendacio, quas ei fratres parasse affirmabat, ac pene jam strictis gladiis in eum irruere. Ob hæc autem multa pecunia donatus ab Antipatro, laudator ejus erat apud patrem: & ad extremum necis Alexandri & Aristobuli redempta opera, ipse accusatoris partibus fungitur. Cumque adisset Herodem, vitam ei se rependere pro beneficiis & sibi delatis, & lucem referre dixit pro hospitio: olim Alexandrum exacuisse in eum gladium, & confirmasse dexteram: verum sceleri tanto fuisse impedimento, qvod societatem facinoris assimulasset. Alexandrum enim dicere, non bene se cum Herode actum putare, qvod regnum obtinuisset alienum, & parentum eorum necem principatum ejus dilacerasset, nisi etiam degenerem coaptaret hæredem, avitum regnum Antipatro spurio traderet. Proinde semet Hyrcani manes & Mariamnes ultum ire.

Ant. lib. 16. cap. 11.

A B C D E F G

decere ſucceſſionem regni ab hujuſmodi patre ſine cæde ſuſcipere, muſtis autem rebus ad hoc excitari quotidie, quia nihil ſibi omnino loqvi ſine calumnia liceret. Nam ſi de nobilitate aliorum fiat mentio, ſine ratione ſe contumeliis affici patre dicente, ſolus generoſus Alexander, & cui pater ſit pro ignobilitate dedecori. In venationibus quoque offendere, ſi taceat: ſi vero laudet, cavillatorem appellari. & prorſus immitem ſibi patrem inveniri, ſoliqve Antipatro indulgentem; ob quæ vel emori non recuſare niſi ex voto inſidiæ ſuccеſſiſſent: ſin eum occidiſſet, primam ſalutis occaſionem fore Archelaum ſocerum ſinum, ad quem facile poſſit effugere: deinde Cæſarem, qui nunc uſque ignoraret mores Herodis. nec enim ſic ei adſtaturum, ut antea patris præſentiam formidando, nec de ſuis tantum criminibus locuturum, ſed primum totius gentis ærumnas: & quod ad necem usque tributis opprimeret vulgaturum. deinde in qvibus deliciis, quibuſque actibus partæ ſanguine pecuniæ conſumptæ ſint, & qui vel quales ex illis fuerint locupletati, quæ cauſa civitatis afflictæ: ibi autem lamentaturum & avi & matris necem, omniaque ſcelera regis retecturum: quibus cognitis nemo ſe judicaverit patricidam. His Eurycles in Alexandrum falſo delatis, Antipatri laudes proſequebatur, illum ſolum, qui patrem diligeret eſſe confirmans, quique adhuc inſidias retardaſſet. Rex autem nondum præteritæ ſuſpicionis dolore compreſſo, intolerabilis iracundiæ feritate perturbatur. Iterumque hoc tempus nactus Antipater, alios accuſatores fratribus ſubornavit, qui eos dicerent cum Jucundo & Tyrannio clam colloqui ſolitos eſſe, equitum regis olim principibus, tunc vero propter quasdam offenſiones ordinibus motis. Hac denique indignatione ſuccenſus, confeſtim eos tormentis Herodes ſubdidit. Illi autem nihil eorum ſe, quæ crimini darentur, ſcire confeſſi ſunt. Sed oblata eſt quædam velut ad præfectum caſtelli Alexandrii ab Alexandro ſcripta epiſtola, deprecante ut cum Ariſtobulo fratre ſe in caſtellum reciperet, ſi patrem interfeciſſent: tamque armis quam aliis ſubſidiis eos uti permitteret. Hanc Alexander Diophanti commentum eſſe dicebat, qui regis erat notarius, homo audaciſſimus & cujuslibet manus literas imitari percallidus. Itaqve multis ſæpe falſo conſcriptis, ob hoc poſtremo occiſus eſt. torto autem caſtelli præfecto, nec ejus indicio quicquam Herodes eorum, quæ delata erant verum eſſe cognovit. Sed quamvis nullum documentum validum proferretur, filios tamen aſſervari præcepit, Eurycles vero domus ſuæ peſtem, ac totius ſceleris fabricatorem, bene de ſe meritum datoremque ſalutis appellans, talentis quinquaginta donavit. Ille autem prius quam certa fama nunciaret, ad Archem properat: auſusque dicere, quod Herodem reconciliaſſet Alexandro, ab illo quoque unias capit. deinde in Achajam transgreſſus, ad ſimilia facinora male quæſitis abuſus eſt. Poſtremo ad Cæſarem accuſatus, quod diſſenſionibus repleviſſet Achajam, & civitates ſpoliaret, in exilium titur: atque hoc eum modo pœnæ Alexandri & Ariſtobuli perſecutæ ſunt. Hoc loco dignum eſt

Coum Evaratum hunc Spartiatæ conferre. Namque is cum amicissimus esset Alexandro, eodemque tempore quo Eurycles ibidem erat, advenisset, percontanti regi super his, quæ ille insimularet: juratus nihil se ab adolescentibus audisse affirmavit. nec tamen id quicquam miseris profuit apud Herodem, solis maledictis aures paratissimas aperientem: eumque gratiosissimum sibi judicantem, qvi secum eadem crederet: iisdemque moveretur. Incitabat præterea Salome crudelitatem ejus in filios. Nam ad hanc Aristobulus, quo periculis involveret, quam & soctum habebat & amitam, monitum miserat, ut saluti suæ consuleret: quasi rex eam decrevisset occidere, iterum insimulatam, quorum ante fuerat accusata: quod Syllæo Arabi nubere cupiens, quem sciret ejus inimicum, occulte illi secreta regis nunciaret. Et hoc fuit extremum quo tanquam tempestate oppressi adolescentes non secus ac turbine pessundati sunt. Salome enim protinus contendit ad regem, eique monita Aristobuli prodit: atque ille ulterius durare non passus, utrumque filium vinxit, & separatos asservari præcepit. Deinde Volumnium militiæ magistrum, & ex amicis suis Olympum descripta ferentes judicia, proficisci jussit ad Cæsarem: qui postquam Romam navi delati, regis literas reddiderunt, vehementer quidem Cæsar ob adolescentes indoluit, verum potestatem in filios à patre auferendam non duxit. Denique rescribit ei, ut ipse sui dominus esset arbitrii: melius tamen facturum dicens, si in communi consessu propinquiorum suorum provinciæque rectorum de insidiis quæreret: eosque si delato crimini reperiret astrictos, occideret. si vero fugam tantum esse meditatos, mediocri supplicio contentus esset. Paret scriptis Herodes: cumque Berytum quo Cæsar jusserat, perveniisset, cogit judicium. Præsederunt autem rectores, quibus à Cæsare scriptum fuerat, Saturninus & Pedanius legati, & cum his Volumnius procurator, itemque propinqui regis & amici, necnon & Salome & Pheroras: & post hos optimates Syriæ, præter Archelaum regem: namque hunc Herodes, quod Alexandri socer esset, suspectum habebat. Sed filios quidem satis provido consilio in judicium non produxit: sciebat enim quod si tantum visi fuissent, omni modo ad misericordiam cunctos impellerent: si vero etiam dicendi copiam nacti essent, facillimè Alexander objecta dilueret. Igitur illi quidem custodiebantur in Platane, vico Sidoniorum. Exorsus autem rex, veluti cum præsentibus ageret, commovebatur. & insidias quidem timidè objiciebat: nam probationibus deficiebat; maledicta vero & probra & injurias, & peccata plurima in se admissa prosequebatur: eaque morte graviora esse confessoribus demonstrabat. postremo cum nemo contradiceret, semetipsum argui miserabiliter quæ acerbamque victoriam vincere, singulos sententiam proferre rogat in filios. & primus condemnandos esse adolescentulos, sed non morte pronunciavit. Nec enim fas esse ipse astantes habeat filios, inortem alienis decernere. Idem etiam duobus legatis visum es

Ant. lib. 16. cap. 13.

τινες ἠπολυθησαν. ὁ δὲ λυσίμαχος ὁ τῆς σκυθοπόλεως ἀρξας, καὶ μετ' αὐτὸν, πάντας φασὶν κατακεκρίσθαι τῶν μειρακίων, οἱ μὲν κολακεύοντες, οἱ δὲ μισοῦντες ἡρώδην, καὶ οὐδεὶς δι' ἀγανάκτησιν. ἔνιοι δὲ καὶ μετέωρον ἦσαν ἡ τραγῳδία, σκδεχομένων τὸ τέλος τοῦ δράματος, οὐδεὶς μὲν τι ὑπολαμβάνων ἔσεσθαι μέχρι τελευτῆς ὠμὸν ἡρώδην. ὁ δὲ σύρας τοὺς υἱεῖς εἰς τύρον, καὶ κἀκεῖθεν ἀναλεύσας εἰς καισάρειαν, τροπὴν ἀναιρέσεως τοῖς μειρακίοις ἐσκέψατο. παλαιός δέ τις τοῦ βασιλέως στρατιώτης ὄνομα τίρων, ἔχων υἱὸν συνήθη καὶ φίλον ἀλεξάνδρῳ, καὶ αὐτὸς ἠγαπημένος ἰδίᾳ τοῖς μειρακίοις, δι' ὑπερβολὴν ἀγανακτήσεως ἐκφέρων ἐλύπει. καὶ τὸ μὲν πεῶτον, ἕως ἐλπίδων, πεπατηκὼς τὸ δίκαιον, ἀπολωλέναι τὴν ἀλήθειαν, συγκεχυκὼς τὴν φύσιν, ἀνομίας γέμειν τὸν βίον, καὶ πάντ' ἔσεσθαι μὴ φοβούμενος ἐλεῖν, ὑπηγόρευε τὸ πάθος. τέλος δὲ, καὶ τοῦ βασιλέως τελευήσαντος ἀσμένως ἀκούσας, ἀλλ' ἐμοὶ μὲν ἔφη κακοδαιμονέστατος ἅπασι δοκεῖς, ὅς τις κατὰ τῶν φιλτάτων πέφυκε τοῖς πονηροτάτοις. ἔγωγε φερώρᾳ καὶ σαλώμῃ καταγνοὺς πολλάκις ἔπεισα, πιστεύεις τούτοις κατὰ τῶν τέκνων, οἵοις τῶν γνησίων ἀδελφοκτονίαν ἐπ' ἀντιπάτρῳ καταλείπουσι μόνῳ, τὸν αὐτοῖς ἐυμεταχείριστον αἱρουμένοις βασιλέα. σκέψαι μὲν τοίνυν, μὴ καὶ κἀκείνῳ γένηται μέτρον ἐπὶ τοῖς στρατιώταις, ὁ τῶν ἀδελφῶν θάνατος. οὐ γάρ ἐστιν ὅς τις οὐκ ἐλεεῖ τὰ μειράκια, τῶν δὲ ἡγεμόνων καὶ φανερῶς ἀγανακτοῦσι πολλοί. ταῦτ' ἄμα λέγων, ὠνόμαζε τοὺς ἀγανακτοῦντας. ὁ δὲ βασιλεὺς εὐθέως, ἐκείνους τε καὶ αὐτὸν, καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ συνελάμβανεν. ἐφ' οἷς τῶν ἐκ τῆς αὐλῆς τις κουρέων, τρύφων ὄνομα, προσεκαλέσατο ἐκ τινος φρενοβλαβείας, ἑαυτὸν μιαιφονήσειν γένεσθαι. καί μὲ χρὴ ἔφη τίρων ὅτος ἀνέστακεν, ὅταν θεραπεύω τὸν χυρὸν σε λαζεησιάδην, μεγάλας τίμους τοῦδε ἀλεξάνδρου δωρεὰς ὑπισχνῆται. ταῦτα ἀκούσας ἡρώδης, τὸν τε τίρωνα συνέτρεψε, καὶ τὸν κουρέα βασάνοις διήλεγχε. καὶ τῶν μὲν ἀρνουμένων, ἕως μηδὲν ἄλλο λέγοντος, τρεβλοῦν ἐκέλευε τὸν τίρωνα σφοδρότερον. ὁ δὲ ὑὸς οἰκτείρας, ὑπέσχετο τοῦ βασιλέως πάντα μιαιφονήσειν, εἰ καὶ ἐθέλοιτο τὸν πατέρα αὐτοῦ. κἀκείνου δόντος εἰπεν, ὡς ὁ πατὴρ αὐτῷ πεισθεὶς ἀλεξάνδρῳ, θελήσειεν αὐτὸν ἀνελεῖν. τέως, οἱ μὲν, εἰς ἀπαλλαγὴν τῆς τοῦ πατρὸς αἰκίας πεπλάσθαι, πάντες ἦλπιζον ἔλεγον. ἡρώδης γε μέντοι ἐκ σκληρίας τῶν τε ἡγεμόνων καὶ τίρωνος κατηγορήσας, τὸν λαὸν ἐπ' αὐτοὺς ἐσκατολόγησεν. αὐτὸς δὲ γεωὶ ἀνωρυόμενος μετ' οὐρέως ξύλοις βαλλόμενοι καὶ λίθοις. πέμψας δὲ καὶ υἱοὺς ἡβῶντας εἰς σεβαστὴν ἅμα τῷ πέμπτῳ τῆς ἡγεμονείας, προσέταξεν ἀποπνίγαι. καὶ τελευτήσαντος αὐτοῦ ταχέως τοῦ προστάγματος, τοὺς νεκροὺς εἰς ἀλεξάνδρειον ἐκέλευσεν ἀναχομισθῆναι τὸ φρούριον, σωτηρίους μὲν ἀλεξάνδρῳ τῷ μητροπάτορι. τὰ μὲν οὖν ἀλεξάνδρου, καὶ ἀριστοβούλου τέλος, τοιοῦτον.

A nonnulli alii ſecuti ſunt. Triſtem vero ſententiam primus Volumnius dixit, cunctique poſt cum Herodis æmulatione, vel odio: neque indignatione quiſquam necandos eſſe adoleſcentes judicavit. Tum autem univerſa Judæa & Syria, ſuſpenſa quidem operiebatur hujus tragœdiæ finem: ſed nemo exiſtimabat Herodis crudelitatem ad parricidium uſque proceſſuram. Ille tamen filios Tyrum traxit: atque inde navi Cæſaream devectos, quo mortis genere perimeret cogitabat. Interea vetus quidam regis miles, Tiro nomine, qui & filium habebat Alexandro aſſuetum atque amicum, & ipſe diligebat adoleſcentulos: præ nimia indignatione mentis poſtremo circumveniens clamitabat conculcatam eſſe juſtitiam, veritatem periiſſe: naturam eſſe confuſam, vitamque hominum iniquitatis eſſe plenam, & omnia quæ dolor contemptori vitæ dictaſſet. Deinde ipſum etiam regem auſus adire: Mihi vero, inquit, omnium videris eſſe infeliciſſimus, qui contra cariſſimos nequiſſimis credas. Siquidem Pheroras & Salome fidem apud te adverſus filios tuos habent, quos ſæpe ipſe mortis ſupplicio dignos eſſe judicaſti: neque advertis hoc eos agere, ut juſtis ſucceſſoribus deſtitutus, cum ſolo remaneas Antipatro, capi facile regem optantes. Veruntamen cogita, ne ille quoque militibus odioſus ſit, propter cædem omnium fratrum: Nullus enim eſt, qui non adoleſcentium miſereatur, principum autem plurimi etiam palam graviter ferunt. hæc dicens: ſimul eos quibus res indigna videretur nominabat. Rex autem ſtatim illos & ipſum cum filio comprehendi jubet. Ibique tum alius quidem regius tonſor, nomine Tryphon, neſcio qua exagitatus inſania, ſemetipſum indicans proſilit: ac mihi quoque Tiro, inquit, iſte perſuaſit, ut occaſione tondendi novacula te occiderem: magnaque inde Alexandrum daturum munera pollicebatur. His auditis, Herodes & Tironem ejuſque filium, & tonſorem ſubdidit quæſtioni: Cumque illi pernegarent, tonſor autem amplius nihil diceret, Tironem vehementius torqueri juſſit: tumque filius ejus, patris miſeratione commotus cuncta ſe regi, ſi eum ſibi condonaſſet, indicaturum promiſit. Eoque relaxato, ipſius occidendi patrem ſuum habuiſſe voluntatem dixit, impulſum ab Alexandro. Hoc autem quibusdam fictum ab adoleſcente videbatur, quo tormentis eriperet patrem, nonnulli verum eſſe affirmabant. Herodes tamen & militū principibus & Tirone pro concione accuſatis in eos armavit populum, ut ibid. cum tonſore lignorum & lapidum ictibus interirent. Filios vero in Sebaſten miſſos, quæ non longo à Cæſarea intervallo diſtaret, profocari jubet: eaque re mature perfecta, in caſtellum Alexandrium mortuos aſportari, cum Alexandro materno avo ſepeliendos. Hic finis Ariſtobulo & Alexandro vitæ fuit.

Ant. lib. 16. cap. 4.

ΚΕΦ. ιη. CAP. XIIX.

Ἀντιπάτρῳ δὲ ἀδήλου ἔχοντι τέλος ἀλεξάνδρου, μῖσος ἀφόρητον ἐκ παντὸς ἔθνους ἐπεγείρεται. πάντων ἅπερ ἐμέμφοντο, ὅτι τοὺς ἀλεξάνδρου φίλους τοῖς ἀδελφοῖς ἐπαίνους ἐποιοῦντο. ἐπανιόντος δὲ τοῦ θεοῦ ἐς μέτρον, αὐξανομένου ὁρῶντι τὰ τῶν ἀνῃρημένων ἡλεάν.

ANtipatrum vero, cum jam ſine controverſia ſucceſſionem regni ſperaret, intolerabile gentis excepit odium, cunctis ſcientibus, illum omnes fratribus ſuis conſeruiſſe calumnias: nihiloque minus timor eum non mediocris ſolicitabat, creſcente ſobole peremptorum

De conſpiratione Antipatri contra patrem. Ant. lib. 17. cap. 1. 2.

IN Alexandria autem semper qvidem erat incolis adversum Judæos seditio, jam ab illo tempore, ex qvo strenuis Alexander contra Ægyptios usus Judæis, præmium societatis tradidit eis, & habitandi apud Alexandriam facultatem, & jus civitatis æquale cum gentibus: permanebat autem eis honor iste apud successores qvoq; Alexandri: deniqve & in parte urbis locum eis proprium deputaverunt, quatenus haberent conversationem per omnia mundiorem à communione scilicet gentium seqvestratam: præstiteruntque eis, ut etiam Macedones appellarentur. deinceps vero cum in ditionem Romanorum Ægyptus venisset, neque Cæsar primus, neqve post eum quispiam, honores qvos Alexander Judæis decreverat minuit. conflictus autem eorum adversus Græcos pene continuus erat: & judicibus in multos quotidie ab utraq; parte animadvertentibus, seditio accendebatur. Tunc vero cum & apud alios turbata res esset, illic magis exarsit tumultus. Nam cum Alexandrini in concionem venissent, ut ordinarent pro certis negotiis legationem ad Neronem ferendam, occurrerunt in amphitheatrum permixti Græcis plurimi Judæorum. Qvos cum vidissent æmuli, extemplo clamare cœperunt, Judæos hostes & exploratores esse: ac deinceps insilientes intulerunt eisdem manus: & reliqvi qvidem fugientes dissipati sunt, tres vero ex his comprehensos, trahebant qvasi vivos incensuri. Commoti sunt autem universi Judæi ad opem ferendam: & primum quidem in Græcos saxa jaciebant, postea vero etiam facibus raptis in amphitheatrum impetum fecerunt, comminantes qvod in ipso loco tantum simul populum concremarent, & pene minas implessent rebus, nisi iras eorum compressisset Tiberius Alexander: magistratus civitatis. Nec tamen ipse coercendi principium ab armis sumpsit sed nobiles eorum quosqve submittens, hortabatur, ut desinerent, neque adversum se milites Romanos commoverent. Seditiosi autem benignam deprecationem ridentes, Tiberium contumeliis appetebant. Qvi postqvam vidit absq; magna calamitate tumultuosos non posse compesci, immisit in eos duas Romanorum legiones, qvæ in civitate erant: & cum his alios qvinque millia milites, casu ad Judæorum interitum de Libya venientes, præcepitqve ut non solum interficerent, sed etiã bona eorum diriperent, domosq; inflammarent. Qvi protinus concurrentes

A

B

C

D

E

F

G

εἰς τὸ καλούμενον Δέλτα, συνώκιζε γὰρ ἐκεῖ τὸ ἰουδαϊκὸν, A in locum, qui vocatur Delta (illic quippe erat Judæorum multitudo collecta) exequebantur ſtrenue juſſa, nec ſane ſine cruenta victoria. Conglobati enim Judæi his qvos melius armatos habebant, in fronte poſitis, aliquandiu quidem reſtiterunt: ſemel vero in fugam verſi mactabantur: nec unus erat exitii modus, cum alii ſub divo atque in campo deprehenderentur, in ædes autem alii concluderentur, & eas quoque ſuccenderent Romani, una etiam diripiendo quæ in his reperiſſent: cum neque illos, aut infantum miſericordia, aut reverentia ſenectutis moveret, ſed in omnes ætates parī cæde ſævirent. Unde totus quidem ille locus ſanguine redundabat: quinquaginta vero congeſta ſunt millia mortuorum: nec tamen ſaltem reliquiæ remanſiſſent, niſi ad preces ſe contuliſſent, eorumque miſertus Alexander Romanos juſſiſſet abſcedere. Sed illi quidem quibus erat conſuetum obedire præceptis, primo ejus nutu necibus pepercerunt: populares autem Alexandrini propter odii magnitudinem difficulter ab incepto revocabantur, vixque à cadaveribus diſtrahebantur. Apud Alexandriam quidem talis caſus evenit.

ἐπίλυσιν τῆς ἐν πολέμῳ, ἢ μὴν αἰχμαλωτί. συσταφέντες γὰρ οἱ ἰουδαῖοι, καὶ τοὺς ἄμεινον ὡπλισμένους αὐτῶν προπέμψαντες, μέχρι πολέμου μὲν ἀντέσχον. ἅπαξ δὲ κλίναντες, οὐδὲν διεφθείροντο. καὶ παντελῶς ἂν αὐτῶν ὄλεθρος, τῶν μὲν ἐν τῷ πεδίῳ καταλαμβανομένων, τῶν δὲ εἰς τὰς οἰκίας συνωθουμένων. ἐπεπέμπεσαν δὲ καὶ ταύτας οἱ ῥωμαῖοι προσδιαφθείροντες τὸν ἔνδον. καὶ οὔτε νηπίων ἔλεος αὐτοῖς, ἔτι οἰδὲ ἡσυχίαν γερόντων, ἀλλὰ διὰ πάσης ἡλικίας ἐχώρουν κτείνοντες· ὡς πεπληρῶσθαι μὲν αἵματι πάντα χῶρον, πίπτειν δὲ μυριάδας σωρεύεσθαι νεκρῶν. παρελείφθη δ' ἂν οὔτε τὸ λοιπὸν, εἰ μὴ πρὸς ἱκετείαν ἐτράποντο. καὶ κτείνας ὁ αὐτοὺς ἀλέξανδρος, ἀνεχωρεῖν τοὺς ῥωμαίους ἐκέλευσεν. καὶ οἱ μὲν ἐξ ἔθους ἔχοντες τὸ πειθήνιον, ἅμα νεύμασι καὶ φωνῇ ἐπαύσαντο. τὸ δημοτικὸν δὲ τῶν ἀλεξανδρέων διὰ παροξυσμὸν μίσους, δυσανάκλητον ἦν, καὶ μόλις ἀπεσπᾶτο τῶν σωμάτων.

B autem alii concluderentur, & eas quoque ſuccenderent Romani, una etiam diripiendo quæ in his reperiſſent: cum neque illos, aut infantum miſericordia, aut reverentia ſenectutis moveret, ſed in omnes ætates parī cæde ſævirent. Unde totus quidem ille locus ſanguine redundabat: quinquaginta vero congeſta ſunt millia mortuorum: nec tamen ſaltem reliquiæ remanſiſſent, niſi ad preces ſe contuliſſent, eorumque miſertus C Alexander Romanos juſſiſſet abſcedere. Sed illi quidem quibus erat conſuetum obedire præceptis, primo ejus nutu necibus pepercerunt: populares autem Alexandrini propter odii magnitudinem difficulter ab incepto revocabantur, vixque à cadaveribus diſtrahebantur. Apud Alexandriam quidem talis caſus evenit.

Κεφ. λβ'.

Τοιοῦτο μὲν τὸ κατὰ τὴν ἀλεξάνδρειαν πάθος συνηνέχθη. κεστίῳ δὲ οὐκ ἔτι ἡρεμεῖν ἐδόκει, παντελῶς τῶν ἰουδαίων ἐκπεπλεμωμένων. ἀναλαβὼν δὲ τὸ τῆς ἀντιοχείας τὸ μὲν δωδέκατον τάγμα πλῆρες, ἀπὸ δὲ τῶν λοιπῶν ἀνὰ δισχιλίους ἐπιλέκτους, πεζοὺς δὲ ἐξ ἁπάσης, καὶ τέσσαρας ἴλας ἱππέων, πρὸς αἷς καὶ φῶλος ὁ βασιλέως συμμαχίας, ἀντίσχε μὲν δισχιλίους ἱππεῖς, καὶ πεζοὺς τρισχιλίους, τοξότας πάντας, ἀφίππους δὲ πεζοὺς μὲν τοὺς ἴσους, ἱππεῖς δὲ χιλίων ἐλάττους (ἦσαν δὲ καὶ ὁ σόαιμος μετὰ τρισχιλίων, ὧν ἦσαν ἱππεῖς ἡ τρίτη μοῖρα, καὶ τὸ πλέον τοξόται) πρόσηλθεν εἰς πτολεμαΐδα. πολῖται δὲ καὶ ἐκ τῶν πόλεων ἐπικουρίαν συνελέγησαν, ἐμπειρίᾳ μὲν ἡττώμενοι τῶν στρατιωτῶν, ταῖς δὲ προθυμίαις, καὶ τῷ κατὰ ἰουδαίων μίσει τὸ λεῖπον ἐν ταῖς ἐπιτάγμασιν ἀντιπληροῦντες. συμπαρῆν δὲ καὶ αὐτὸς ἀρχίππας κεστίῳ, τῆς τε ὁδοῦ, καὶ τῶν συμφερόντων ἐξηγούμενος. ἀναλαβὼν δὲ μέρος τῆς δυνάμεως κεστίος. ὥρμησεν ἐπὶ πόλιν καρτερὰν τῆς γαλιλαίας ζαβουλών, ἣ καλεῖται ἀνδρῶν. διορίζει δὲ ἀπὸ ἔθνους τὴν πτολεμαΐδα. καταλαβὼν δὲ αὐτὴν ἔρημον μὲν ἀνδρῶν, κατάπλεφθεῖσαν δὲ τὸ πλῆθος εἰς τὰ ὄρη, πλήρη δὲ παντοίων κτημάτων, τὰ μὲν ἐφῆκε τοῖς στρατιώταις διαρπάζειν. τὸ δὲ αὐτὸ καί τι θαυμασιοῦ κάλλος ἔχον τὰς οἰκίας, ὁμοίως δὲ τῷ τύρῳ καὶ σιδῶνι καὶ βηρυτῷ δεδομημένας, ἐνέπρησεν. ἐπὶ τὴν χώραν καταδραμών, καὶ διαρπάσας μὲν πᾶν τὸ προσπῖπτον, καταφλέξας δὲ τὰς πέριξ κώμας, ὑπέστρεφεν εἰς τὴν πτολεμαΐδα. πρὸς δὲ τοῖς ἁρπαγαῖς ἐπὶ τῶν σύρων ὄντων, καὶ τὸ πλέον βηρυτίων, ἀναθαρσήσαντες οἱ ἰουδαῖοι, καὶ γὰρ ὑποκεχωρηκότα σφῶν κεστίον, τοῖς ὑποπεφθεῖσιν ἀδοκήτως ἐπέπεσον, καὶ πρὸ διχιλίους αὐτῶν διέφθειραν. ὁ δὲ κεστίος ἀναζεύξας ἀπὸ τῆς πτολεμαΐδος, αὐτὸς μὲν εἰς καισάρειαν ἀφικνεῖται, μοῖραν δὲ τὴν στρατιᾶς προπέμπει εἰς ἰόππην, προσεύξας εἰ μὲν ἐγκαταλαβεῖν δύνηθείη τὴν πόλιν, φρουρεῖν. εἰ δὲ προαισθοίντο τὴν ἔφοδον, προεμῦσαι αὐτόν τε, καὶ τὴν ἄλλην δύναμιν. τῶν δὲ οἱ μὲν κατὰ θάλασσαν, οἱ δὲ κατὰ γῆν ἐπαναχθέντες,

CAP. XXII.

De clade Judæorum autore Ceſtio.

D Ceſtio vero jam quieſcendum eſſe non videbatur, infenſis ubique Judæis, ſed duodecimam legionem integram ex Antiochia ſecum ducens, & ex reliquis bina millia lecta peditum, & quatuor alas equitum: inſuperque regum auxilia, hoc eſt Antiochi duo millia equitum, & peditum tria millia, ſagittarios omnes, Agrippæ vero tantundem peditum & equitum mille, & E cum Sohemus ſequeretur quatuor millibus comitatus, quorum tertia pars equitum erat, pluresque ſagittarii, Ptolemaida progreſſus eſt. Plurimi autem ex civitatibus auxilio convenêre, peritia quidem militibus inferiores, quod autem ſcientiæ deerat, in Judæos odio, itemqve alacritate ſupplentes. Aderat autem ipſe qvoqve Agrippa Ceſtio, & eorum quæ conducerent ſimul & itineris princeps. Ibi cum abducta exercitus F parte Ceſtius in validiſſimam Galilææ civitatem contendit Zabulon, quæ appellatur virorum, & ab Judæorum finibus Ptolemaida diſcernit. Cumqve offendiſſet eam civibus deſtitutam (in montes enim multitudo refugerat) omnigenum autem rerum plenam, illas quidem militibus diripiendas concesſit: ipſum vero oppidum, quamvis admiratus eſſet ejus pulchritudinem, quippe G domus habebat ſimiliter ut apud Tyrum & Sidona & Berytum ædificatas, incendit. Deinde curſu territorio peragrato, quicquid inveniſſet obviam depopulatus eſt: inflammatisqve etiam circum eam poſitis vicis, in Ptolemaida revertit. Syris autem adhuc prædæ inhærentibus, & præcipuè Berytiis, recepta Judæi fiducia (Ceſtium enim receſſiſſe cognoverant) repente in eos qui remanſerant irruunt, & prope ad duo millia cædunt. Ceſtius autem ex Ptolemaide profectus, ipſe quidem Cæſaream pervenit: in Joppen vero partem præmiſit exercitus cum præceptis hujuſmodi, ut oppidum cuſtodirent, ſi eo potiri poſſent: aut ſi oppidani impetum præſenſiſſent, tam ſuum quam cæterorum militum præſtolarentur adventum. Illorū igitur alii mari, alii terra profecti,

utrinqve Joppen facillime caperunt: ita ut ne fugæ A qvidem habitatores copiam reperirent, nedum ad pugnam se pararent. Aggressi autem cunctos interficiunt cum familiis, direptamqve civitatem incendunt. Interfectorum autem numerus octo millia quadringenti fuerunt. Simili modo & in finitimam Samariæ Nabartenen toparchiam non paucos misit eqvites, qvi & partem finium vendicaverunt, magnamqve indigenarum multitudinem peremerunt; direptisqve patrimoniis, etiam vicos igni dederunt.

CAP. XXIII.

De pugna Cestii contra Hierosolymam.

IN Galilæam qvoque misit Cæsennium Gallum, ductorem duodecimæ legionis: eiqve tantam militum manum attribuit, qvantam genti expugnandæ sufficere posse credebat. eum validissima Galilææ civitas Sepphoris cum favore C susceptit. Hujusque prudens consilium secutæ civitates aliæ, quiescebant. Qvi vero seditionibus & latrociniis operam dabant, in Galilææ montem undiqve medium recessere, qvi est contra Sepphorim, & vocatur Asamon. Adversus eos Gallus ducebat exercitum. Illi autem quam diu superiores erant, facilè Romanos ad se ascendentes arcebant, & ex his plures qvam ducentos D interfecerunt. Ubi vero eos viderunt circumacto itinere ad celsiora progressos, mature victoriam concesserunt: & neqve pugnam minus armati ferebant, neqve, si terga dedissent eqvitum poterant manus effugere: adeo ut pauci locis asperis delitescerent, amplius vero quam duo millia trucidarentur. Gallus igitur cum nihil jam tentari novitatis apud Galilæam videret, E Cæsaream cum exercitu remeabat. Cestius vero cum omni manu reversus in Antipatridem perrexit. Cognitoqve non parvam multitudinem Judæorum in turrim quæ Aphaci vocabatur esse collectam qui cum his congrederentur præmisit. Sed prius quam in manus venirent, Judæi metu dispersi sunt: eorumque castra jam desolata milites adorti, cum vicis circumpositis incenderunt. Ex Antipatride autem Cestius in Lyddam profectus, vacuam viris civitatem offendit. F nam propter scenopegiorum dies festos, in Hierosolymam populus omnis ascenderat. quinquaginta vero quos ibi comprehendit occisis, exustoqve oppido ulterius procedebat: perqve Bethoron profectus, in quodam loco, cui nomen est Gabeo, castra posuit, distante ab Hierosolymis G stadiis L. Judæi vero cum jam civitati propinquare bellum viderent, omissis dierum festorum solennibus, ad arma properabant: satisque freti multitudine, incomposîti ad pugnam & cum clamore prosiliebant, ne dierum quidem septem habita ratione feriatorum. erat enim sabbatum, quod apud eos religione maxima curabatur. idem autem furor qui eos ab obsequio pietatis emoverat, in prælio quoque superiores effecit. Tanto namque impetu Romanos aggressi sunt, ut equitum & aciem perrumperent, viaq; aperta cædibus in medios ruerent: ac nisi ei militum parti, qvæ nec dum locum amiserat, equites ex circuitu subvenissent, qviq: nondum defecerant pedites, in periculo totus Cestii exercitus fuisset. Interfecti sunt autē quingenti & quindecim Romanorum lites: ex quib. quadring, ei pedites,

ἀμφοτέρωθεν αἱροῦσι τὴν Ἰόππην πεζῇ, καὶ τοὺς φυγεῖν φθάσαντας τῶν οἰκητόρων, οὐχ ὅπως ἐγγὺς ἀσκευάσαντας πρὸς μάχην, ἐμπίπτουσιν ἅπαντας σὺν τοῖς τ ἤ ἡμέρας, καὶ τὴν πόλιν ἀλαπάσαντες ἐνέπρησαν. ἦ δ' ἀριθμὸς τῶν φονευθέντων πεντακόσιοι χιλίους. ὁμοίως δ' ἐχεῖς τ ὅμορον τ Σαμαρείτιδι ναβατηνὴν ἐπαρχίαν, ἐπεμψε συχνοὺς τῶν ἱππέων τ γῆν ἔτεμον, καὶ πολὺ πλῆθος διέφθειρε τῶν ἐπιχωρίων, τάς τε κτήσεις διήρπασεν, καὶ τοὺς κώμας εἰς ἢ τ γαλιλαίων ἔσπευδε κέρδος. ἀλλὰ δωδεκάτου τάγματος, ὃ ἄγεμὼν ἦν Γάλλος, κώμη πρὸς τὸ ἔθνος ἀντελάμβανε. τῶν δ' παροικούντων τὴν γαλιλαίαν πόλις σέπφωρις μετ' εὐφρασίας δέχεται, καὶ πρὸς πᾶν πάντας ἐβούλευσε, αἱ λοιπαὶ πόλεις ἡρέμουν. αὐτὴ γεσιπόδις καὶ ληστρικὸν ὄχλον εἰς τὸ μεσαίτατον τῆς γαλιλαίας ὄρος ἀντικρὺς τ σεπφώρεως, καλοῦσιν δ' ἀσαμὼν γάλλος ἐπῆγε τὴν δύναμιν. οἱ δ' ἐκεῖ μὲν δέξιοι, ῥᾳδίως τοὺς ῥωμαίους ἔκαλλον πρὸς Ἀμμαοσίους αὐτῶν ἀνέβλεπον. πρὸς ἡμερῶν ἐν τοῖς ὑψηλοῖς, ἡγεῖτο τοὺς γυμνῆτας τοὺς ὁπλίτας συχνοὺς ἔφερον, ἐπὶ τοὺς ἐπωμίς ἐξέφυγον. ὥστε ὀλίγους μὲν χωρίοις ἀμαλαθεῖν, ἀναιρεθῆναι δ' γάλλος· μὴν οὐδὲ τοὺς οὐδὲν ἐώρα κ' τὴν γαλ περιόμενον. ὑπαίτριος μὲν τ ῥαιπᾶς ἐς κέρας δ' μὲν πάσης τῆς δυνάμεως ἀναζ λεν εἰς ἀντιπατρίδα. καὶ πορευόμενος ἐν τ φαικοῦ καλουμένῳ, σωληροῦσθαι, ἰουδαῖοι σὺν ὀλίγῃ, ἐπεῖπε τοὺς συμβαλοῦντας. ἐ δ' τ εἰς χέρας ἐλθεῖν, δέξ τοὺς ἰουδαίους διεσκέδασαν. πολλοὺς δ' ἔρημον τὸ ῥαιπίδιον, καὶ τὰς κώμας ἐνέπρησαν. ἀπὸ δ' τῆς ἀντιπατρίδος λύδδα προελθών, κενὴν ἀνδρῶν τὴν πόλιν εὗρε. ἦν γὰρ τὴν τῆς σκηνοπηγίας ἑορτὴν, διὰ τῶν τὸ πλῆθος εἰς ἱεροσόλυμα. πεντήκοντα δ' τ φανέντων ἀλαφθέντες, καὶ τὸ ἄστυ κατακαύσαντες χρῆ πρόσω, καὶ διαβαθρῶν ὑπάτας, ῥαιπίνας κατά τινα χῶρον γαβαὼ καλούμενον, ἀπέχοντα ἱεροσολύμων πεντήκοντα σταδίους. οἱ δ' ἰουδαῖοι τὰς ἤδη πολισιάζοντας τὴ μητροπόλει τὸν πόλεμον μὲν τῆς ἑορτῆς ἐχώρουν ὅτι τὸ ὅπλα, τὸ πλήθει θορυβοῦντες, ἄτακτοι καὶ μὴ κεκαμένοι ὅτι τῷ μάχῃ, μηδὲ τῆς ἀρχῆς ἐσθῆτα λαβόντες. ἐπὶ γὰρ δὴ τὸ μάλιστα παρ' αὐτοῖς θεῖον σέβασμα. ὁ δ' ἐπόησας αὐτοὺς τῆς ἐσθῆτος θυμὸς, ἐπῆρσε πολεμοκτήσαι καὶ κ' τῷ ῥαίδιον. μὴ παρ' αὐτῆς γὰρ ὁρμῆς τοὺς ῥωμαίους προσέπεσον, ἀλλ' ῥῆξαι τὰς τάξεις αὐτῶν, καὶ διὰ μέσων χωρῆσαι ῥοῦντας. εἰ δ' δὴ τῷ μὴ χαλασθέντι τῆς φάλαγγος, εἴτε ἱππεῖς ἐκπεσελθόντες ὑπῆρχαν, καὶ τῶν πεζῶν τὸ μὴ σφόδρα καμὸν, κἂν ἐκινδύνευσεν ἅλη τὴ δυνάμει κέρδος. ἀπέθανον δ' ῥωμαίων πεντακόσιοι δεκαπέντε. τούτων ἦσαν οἱ τετρακόσιοι πεζοὶ δ'

λων ἱππεῖς. τῶν δ' ἰουδαίων, δύο μὲν τοὺς εἴκοσι A
ὑπερτεροι δ' αὐτῶν ἐδόκουν οἱ μονοβάζου τοῦ τῆς ἀδια-
βηνῆς βασιλέως συγγενεῖς, μονόβαζος τε καὶ κενεδαῖος,
μετὰ τούτους ὁ περαίτης νίγερ, καὶ σίλας ὁ βαβυλώνιος, αὐ-
τομολήσας ἐκ τῶν ἰουδαίων ἀγρίππα τοῦ βασιλέως.
ἐπὶ τούτοις παρ' αὐτοῦ κληθέντων μὲν ἐν ἀνακοπῇ
γενομένους, πρὸς τὴν πόλιν ὑποστρέφειν. κατόπιν δὲ
τοῦ γιορὶ υἱὸς ἀνὶ τὸ βαθωρὼν ἀνιόντι, περιπεσὼν δὲ
τοῖς πολλοῖς τοῦ συνοδεύοντος ἐπαύσεν, καὶ συχνὰ B
τῶν ὑποζυγίων ἐξαρπάσας, ἤγαγεν εἰς τὴν πόλιν.
κέστιος δὲ κατὰ χώραν τρισὶν ἡμέραις, οἱ ἰου-
δαῖοι τὴν μετέωρον καταλαμβάνοντες, ἐπιτηροῦσι τὰς πα-
ρόδους, δῆλοι τε ἦσαν ὄντες ἐπιμελησόμενοι τῆς διαβάσεως τῶν
πολεμίων ὁδοῦσιν. ἐνθα δὴ καταδὼν ἀγρίππας οὐδὲ τὸ
παράπαν ἀνύποπτον, πλῆθός τε ἀπείρων πολεμίων τὸ
παρὸν, ἔκρινεν ὀλοφυρόμενος τῶν ἰουδαί-
ων· ἢ γὰρ πάντας αὐτοὺς καταδέδεσθαι τὸν πόλε- C
μον ἑαυτῶν ὀλοφύρεσθαι τὸ μὴ συμφρονεῖν.

Κεφ. λη.

Ἔπεμψεν οὖν τῶν παρ' αὐτῶν τοὺς μάλιστα γνωρί-
μους κλεάνους, βορκαῖον τε καὶ φοῖβον, δεξιάς τε
καὶ πίστεις, ἃ συγχωρεῖν ὡς ῥωμαίων ἀσφα-
λείαν ἡμαρτημένων ἐπιτυγχάνουσιν, εἰ τὰ ὅπλα
πρὸς αὐτοὺς μεταβάλοιντο. δείσαντες δ' οἱ
μή τι ἂν τὸ πλῆθος ἀδείας ἐλπίδι πρὸς τὸν D
αὐτὸν μεταβάλῃ, τοὺς ἀπ' αὐτοῦ πεσόδοντας
ἀνελεῖν, καὶ πρὶν ἢ φθέγξασθαι, τὸν μὲν φοῖ-
βον, ὁ δὲ βορκαῖος τρωθεὶς, ἔφθη ἀλλὰ φυγών.
τοὺς δ' ἐπιφανακτήσαντας, λίθοις καὶ ξύλοις
πάντες εἰς τὸ ἄστυ συνήλασαν.

Κεφ. λθ.

Κῆστιος δὲ τῷ περὶ ἀλλήλους αὐτῶν περιχαρὲς
ἡμέρων ἰδὼν εἰς ἐλπίδα. ἅπασαν ἐπῆγε τῷ
δύναμιν, καὶ προϊόντες μέχρι ἱεροσολύμων κατ-
εστρατοπέδευσεν μὲν δὲ καλουμένῃ σκο-
πῇ δὲ στάδια ἑπτὰ τῆς πόλεως ἀπόντα, τρισὶ μὲν ἡ-
μέραις ἐπιχειρήσειν τῇ πόλει, τάχα τι ὤφελον τῶν ἔνδον
ἐλπίδων προσδοκίαν, εἰς δὲ τὰς περὶ κώμας ἐφ'
ἑαυτοῦ σίτου πολλοὺς ἀφῆκε τῶν στρατιωτῶν. τῇ
μὲν ἧς ἐπὶ τριακάδι ἀπεβεβήκει μηνός,
τῷ στρατιὰν, εἰσήγαγεν εἰς τὴν πόλιν. ὁ μὲν οὖν
λαὸς τῆς στασιαζούσης ἐμφρουρεῖτο. οἱ στασια-
σταὶ δὲ τὴν ἰσχὺν τῶν ῥωμαίων παταπλαγέντες, τὰ
μὲν τῆς πόλεως εἴκων, εἰς δὲ τὰ ἐνδοτέρω, καὶ
μάλιστα ἱερόν. κέστιος δὲ παρελθὼν ἀπεμπί-
πρησι τὸν τε βεζεθὰν καλούμενον, καὶ τὸν
ἐμπόριον, καὶ τὸ καλούμενον δοκῶν ἀγοράν. ἔπειτα
πρὸς τὴν ἄνω πόλιν ἐλθὼν, ἀντικρὺ τὰ βασιλικῆς αὐλῆς
ἐστρατοπεδεύετο. καὶ ἤπερ ἠθέλησε κατ' αὐτοῦ ὁρμῆ-
σαι τοῦ ὄρους ἐντὸς τῶν τειχῶν βιάσασθαι, παρ' αὐ-
τὰ τοῦ πόλιν ἔσχε, καὶ τὸν πόλεμον σωθῆναι κατελε-
πάζ. ἀλλὰ γὰρ ὅτι στρατοπεδάρχης τυράννιος πεί-
σας, καὶ τῶν ἱππαρχῶν οἱ πλεῖστοι, χρήμασιν ἐκ
φλώρου δελεασθέντες, ἀπέστρεψαν αὐτὸν τῆς ἐπιχειρήσε-
ως, καὶ ὥφελε τοῦ αἰτίου τούτου ὅτι πόλεμος ἐπὶ πολ-
λὴν μῆκος ἐτάθη, καὶ ἰουδαίους ἀνηκέστων συμφορῶν
ἀναπλησθῆναι σωτήριον. ἐν δὲ τούτῳ πολλοὶ τῶν γνω-
ρίμων δημοτῶν, ἀνάνου τοῦ ἰωνάθου παῖδὸς πεισθέντες,
κῆστιον τὸν κήστιον ὡς ἀνοίξοντες αὐτῷ τὰς πύλας. ὁ
δὲ πρὸς ἐργὴν ἐτέρπετο, καὶ μὴ πάνυ πιστεύων,

cæteri equites erant: Judæi vero viginti duo. fortissimi autem videbantur Monobazi regis Adiabeni propinqui, Monobazus & Cenedæus, & post hos Peraita Niger, & Silas Babylonius, qui ad Judæos ab Agrippa rege transfugerat, cui pridem militabat. A fronte igitur repulsi Judæi, ad civitatem revertebantur. Romanos autem ad Bethoron ascendentes Gioræ filius Simon invadit, multosqve postremi agminis coactores laniavit: ac multos carros cum sarcinis captos, in civitatem reduxit. Cestio vero in agris triduo commorante, Judæi locis superioribus occupatis, observabant ejus transitum: neqve cessaturos eos certum erat, si Romani proficisci cœpissent.

CAP. XXIV.

ITaqve dum Agrippa, infinita hostium multitudine montes amplexa, ne Romanos qvidem à periculo tutos esse perspiceret, verbis Judæos experiri decrevit, vel omnes sibi parituros existimans, ut bello desisterent: vel si qvi adversarentur, revocandos qvi ab eorum sententia discreparent. Misit igitur ex comitibus suis Borcæum & Phœbum, quos illis sciebat notissimos: ut à Cestio fœdus amicitiæ, certamqve pro peccatis à pop. Rom. veniam pollicerentur, si projectis armis, secum sentire voluissent. Verum seditiosi metu, ne cuncta multitudo spe securitatis ad Agrippam sese conferret, legatos obtruncare statuerunt: & Phœbum qvidem, priusqvam verbum faceret, peremerunt: nam Borcæus vulneratus effugit: populares autem, hoc indigne ferentes factum, cædendo fustibus atqve lapidibus in oppidum compulerunt. Cestius vero, qvia intestinam eorum discordiam, opportunum ad irruendum tempus invenit, totum in eos duxit exercitum: inqve fugam versos, usqve ad Hierosolymam persecutus est. Castris autem in loco positis, qvi appellatur Scopus, intervallo septem stadiorum à civitate discedens, nihil per triduum adversus oppidum conabatur: sperans fortasse intus degentes aliqvid remissuros. In vicos autem circa civitatem, non parvam militum manum ad rapienda frumenta dimisit. Qvarto autem die, qvi tricesimus mensis erat Octobris, ordinatum in oppidum introduxit exercitum. Populus qvidem à seditiosis custodiebatur: ipsi autem Romanorum disciplina territi, exterioribus cessere partibus civitatis: & in partem interiorem templi refugerunt. Cestius vero transgressus Bezethan, qvæ sic vocatur, & Cænopolim & forum qvod appellatur materiarum incendit, deinde cum ad superiorem civitatem venisset, prope aulam regiam castra posuit. Et si tunc voluisset intra muros violenter irrumpere, civitatem ilico possedisset, belloqve finem dedisset. sed Tyrannus & Priscus præfectus castrorum & plures eqvitum magistri, à Floro pecunia corrupti, conatum ejus averterunt: & Judæos intolerandis repleri cladibus contigit. In- plurimi popularium nobilissimi, & Ananus Jonathæ filius, Cestium qvasi portas ei aperturi, vocabant. Ille autem & ira fallidiens, & qvod non satis ei credendum putaret,

De obsidione Hierosolymæ à Cestio, & strage.

tam diu id neglexit, donec proditione comperta, seditiosi Ananum quidem cum cæteris, de muro dejectis lapidibus feriendo, in domos suas refugere coegerunt: ipsi vero per turres dispositi, murum tentantibus repugnabant. Per dies igitur quinque Romanis undique tentantibus frustrabatur conatus. sexto autem Cestius cum plurimis selectis, itemq; sagittariis, à Septentrionali tractu templum aggreditur, Judæis ex porticu resistentibus. qvi frequenter quidem Romanos ad murum adeuntes avertêre, postremo autem repulsi telorum multitudine, recesserunt. Itaque Romanorum qui anteibant, scutis suis muro nixi, & qui eos sequebantur, aliis ac per ordinem aliis similiter superadjunctis, quam sic ipsi appellant, testudinem contexuerunt. unde sagittæ in eam delatæ, irritæ delabebantur: & sine aliqua noxa milites mœnia suffodiebant: templiqve portas incendere moliebantur. Vehemens autem seditiosos stupor invaserat, jamque multi ex civitate diffugiebant veluti continuo caperetur. His autem populus alacrior efficiebatur: & quantum neqvissimi cadebant, tantum ut ipsi portas aperirent, Cestiumque quam optime de se meritum, reciperent, appropinqvabant. Et profecto si paululum in obsidione perseverasset, statim civitatem obtinuisset. sed credo jam tunc infestus Deus pessimis, ejusqué sancta illo die finem bello dare prohibuerunt. Denique Cestius, neque animis populi, neque obsessorum desperatione perspecta, repente militem revocat, & sine ulla spei repulsa, inconsulte nimis ac injuste discessit. inopinata vero ejus fuga, latronum fiduciam recreavit: insecutique novissimos aliqvot eqvitum, peditumque peremere. Et tunc quidem Cestius in castra, qvæ apud Scopon munierat, tetendit: altero autem die ulterius recedendo, magis hostes provocavit: jamqve postremos assecuti multos necabant, tum utraqve itineris parte vallata, in transversos tela jactabant, & neqve in eos se retorqvere, a quibus a tergo sauciabantur, novissimi audebant, quandam infinitam multitudinem insequi existimantes: neqve a lateribus instantium vim repellere sufficiebant: cum ipsi quidem graves essent, ordinemqve interrumpere formidarent: viderent autem Judæos leves, & ad excurrendum faciles esse. Unde eveniebat, ut multa mala perpeterentur, cum nihil contra inimicis nocerent. Tota igitur via perculsi, dejectiqve agmine sternebantur: donec multis occisis, in quibus erat Priscus sextæ legionis dux, & Longinus tribunus, & Æmilius Jucundus alæ præfectus, vix in Gabao pervenirent, ubi castra prius posuerant, multis impedimentis amissis. Hic autem Cestius biduum commoratus, inops consilii quid ageret, cum tertio die majorem hostium vidisset numerum. & omnia circum loca plena Judæis tarditatem sibi obfuisse cognovit: & si adhuc ibi maneret, plures se hostes habiturum. Itaqve pro compendio fugæ, cuncta qvæ militibus impedimento erant, amputari præcepit: occisisqve mulis atqve asinis, aliisqve jumentis, præter illa qvæ sagittas & machinas ferrent

A διεμέλλησεν, ἕως οἱ στασιασταὶ τὴν παρόδιον αἰσθόμενοι, τοὺς μὲν σὺν τῷ Ἄνανον ἀπὸ τοῦ τείχους καταβαλόντες, λίθοις παίοντες, συνήλασαν εἰς τὰς οἰκίας. αὐτὸς δὲ Ἀλβῖνος ἀπὸ τῶν πύργων, τοὺς ἀποστεγαζομένους τοῦ τείχους ἐβαλλον. πέντε μὲν οὖν ἡμέρας πανταχόθεν τοῖς ῥωμαίοις, ἀμήχανον ἦν ἡ προσβολή; τῇ ἕκτῃ δὲ ἀναλαβὼν ὁ κέστιος, τῶν τε ἐπιλέκτων ἱππέας, καὶ τοὺς τοξότας, καὶ τὸ πρόσκαιρον ἐπιχειρῶν πλῆθος τῶν
B ἰουδαίων δὲ ἀπὸ τοῦ ναοῦ ἐμάχοντο, καὶ πολλοὺς μὲν ἀπεκτείνοντο τοὺς τῷ τείχει προσελθόντας. πολὺς δὲ τῶν βελῶν ἀναχοπέντων τοῖς τοξόταις. τῶν δὲ ῥωμαίων οἱ πρῶτοι τοὺς ἰουδαίους εἰς τὸ τέμενος ἐξεκαύσαντο, καὶ τούτων οἱ κατόπιν ἄλλους, ἕως ἐξῆς ὁμοίως, τὸ καλούμενον παρ' αὐτοῖς χελώνιον ἔφραξαντο. καθ' ἣν τὰ βέλη φερόμενα, ἀφωπλίζοντο ἀπράκτα. μᾶλλον δὲ οἱ πρωτοπάται κακοῦμενοι, τὸ τεῖχος ὑπορύσσουσι, καὶ
C ἱεροῦ τὴν πύλην ὑποπιμπράναι παρεσκεύαζον. ἤδη δὲ τοὺς στασιαστὰς ἐκπλῆξις κατέλαβεν. ἤδη δὲ πολλοὶ διεδίδρασκον ἀπὸ τῆς πόλεως, ὡς ἁλωσομένης αὐτίκα. τὸ δὲ δῆμον σωιζόμενον ἐπὶ τούτοις θαῤῥεῖν, καὶ πολὺ παρεῖκεν οἱ πονηροὶ, προσήεσαν αὐτοὶ τοῖς πύλαις ἀνοίγοντες, καὶ δεχόμενοι τὸ κρεῖττον ὡς διαφθαρησόμενοι ὑπὸ ἕρμαχὺ τῇ πολιορκίᾳ προσελιπάρησεν, καὶ οὕτως τὴν πόλιν παρέλαβεν. ἀλλ' οἶμαι Ἀλῷ τοὺς πονηροὺς ἀπεγραμμένῳ ὁ θεὸς ἤδη καὶ τὰ ἅγια, πόλῳ λοιπὸν
D ἐκείνης τῆς ἡμέρας σκώλυεν τὸν πόλεμον.

ΚΕΦ. μ.

Ὁ γοῦν κέστιος, ὅτι τὰ πολιορκημένων ἐλπίζουσιν, ὅτι τὸ φρόνημα δῆμος σωιδεῖν, ἐξαίφνης ἀνεκάλεσε τοὺς στρατιώτας, καὶ κατηγοὺς ἐν ἀδεμιᾷ πληγῇ τῶν ἐλπίδων, ὡς μᾶλλον ἀπὸ τῆς πόλεως ἀνέζωξεν. ὡς δὲ τὴν ἀδοκήτην αὐτοῦ πρὸς ἀναθαῤῥήσαντες οἱ λῃσταί, καὶ τῶν ὑστάτων ἐξέθορον, καὶ
E συχνοὺς τῶν ἱππέων καὶ πεζῶν διέφθειραν. τότε μὲν οὖν ὁ τοῦ κέστιος στρατὸς ἀνέζευξεν. τῇ δὲ ὑστεραίᾳ προσωτέρω χωρήσαντες, μᾶλλον ἐξεπολέμησαν τοὺς πολεμίους, καὶ τοὺς ὑστάτους αὐτῶν προσπεσόντες διέφθειρον, καθ' ἕτερον δὲ τὴν ὁδοῦ προσιόντες ἠνώχλουν εἰς πλαγίους. ὅτε δὲ ὑπεστράφησαν πρὸς τὴν καταπτῶσαν πυρώσκολας ἐμβέβηκαν οἱ πολέμιοι, ἀπὸ τοῦ ὄρους
F θοῦ ὁμοῦ διώκειν, καὶ τοὺς κατὰ πρόσωπον ἀναστέλλειν οὐκ ἐπαύοντο, αὐτοὶ μὲν ὅπως βαθεῖαν, καὶ δεδιωκότες τὸν πλῆθος ἀλῶσιν, τοὺς δὲ ἐκείνων ἀπὸ τῶν κλίμων, καὶ πρὸς τὰς ἐπιῤῥοιμὰς δυσκόλους. ἐπεὶ καὶ ἐκείνοις πολλὰ κακοῦσθαι μηδὲν ἀντιβλάπτοντας τοὺς ἐχθροὺς. παρὰ δὲν τὴν ὁδὸν πανόμοιοι, ἐπὶ φάλαγγος ἐκπεπλωκότες κατὰ πόδας, μέχρι πολλῶν διαφθειρόντων, ἐν οἷς καὶ πεῖσος μὲν στρατάρχης τάγματος
G ἕκτου, λογγῖνος δὲ χιλίαρχος, ἔπαρχος δὲ ἴλης αἰμιλίος ἰουκοῦνδος. ὄνομα, μόλις εἰς γαβαὼ κατήντησαν ὅπου τὸ πρότερον στρατόπεδον, τὰ πολλὰ ἐκ τῶν ὁπλῶν ἀπολελοίπεσαν. ἔνθα δύο μὲν ἡμέρας ἐπέμεινεν ὁ κέστιος ἀμηχανῶν ὅ, τι χρὴ ποιεῖν. τῇ τρίτῃ δὲ πολλῶν πολλοὺς τοὺς πολεμίους ἰδόντες, καὶ πάντα τὸν κύκλῳ μεστὰ ἰουδαίων, ἔγνω καθ' ἑαυτὸν τὰ βεβιδυῖαν, καὶ εἰ ἐπιμένοι, πολέσει χρόνῳ ἐχθρούς. ἵνα δὲ σταθμὸν πρὸς χρῆσιν φυγῆς, τὰ τε στρατιῶν ἀπελλοῦντα πρόπεμψε. ἀλῳφυρέντων δὲ τῶν ἱρέων, καὶ τῶν ὑποζυγίων, πολλὰ ὅσα βέλη παρεκόμιζε καὶ μηχανὰς,

(hæc enim velut usui futura servabat, maxime quia timebat ne Judæis contra se capta prodessent.) Bethoron versus antecedebat exercitum. At Judæi latioribus qvidem locis minus instabant: contractos vero in angustias atqve descensus, alii ab exitu prohibebant, alii postremos agminis trudebant in vallem: fusaqve omnis multitudo per itineris juga militem sagittis operiebat. ubi etiam peditibus qvo pacto sibimet subvenirent, hæsitantibus, eqvitum periculum promptius erat. nec enim ordinate viam prosequi poterant, obstantibus jaculis: & ne contra hostes irent ascensus ardui prohibebant eqvitantibus invii. jaculatoribus autem rupes ac valles tenebantur: in qvas dejecti qvi aberrassent consumebantur: nullusq; locus aut fugiendi, aut resistendi rationem habebat. Itaque incerti qvid agerent, ad ululatus, qvod desperati solent, fletusqve conversi sunt: qvibus resonabat Judæorum exhortatio, cum clamore lætantium pariter atqve sævientium, totusque pene qvi cum Cestio fuerat, perisset exercitus, nisi nox advenisset, qva Romani quidem in Bethoron confugerunt. Judæi vero obsessis circum omnibus locis, eorum transitus custodiebant. Deniqve ubi Cestius aperto itinere desperato, jam de fuga cogitabat, lectos propè ad CCCC. omnium fortissimos milites, tectorum fastigiis imposuit. hisqve præcepit vigilum qui in castris excubarent, signa clamare: ut eo modo Judæi omnem illic militum numerum arbitrarentur remanere. Ipse autem cum cæteris otiose usq; ad XXX. stadia progreditur. Unde mane cum Judæi locum qvo Romani tetenderant, desolatum vidissent, in quadringentos à quibus decepti fuerant concurrerunt. & illos quidem sine mora jaculis confecerunt: mox autem Cestium persequi properabant, sed ille cum nocte non parvum spatium itineris peregisset, die vehementius qvoqve fugiebat: adeo ut metu perculsi milites, machinas, sive tormenta muralia, itemque balistas, multaqve alia instrumenta relinquerent: qvibus tunc ablatis Judæi rursus contra illos qvi ea reliquerant usi sunt. Insequendo autem Romanos, Antipatridem usque venerunt. Deinde cum eos assequi non potuissent, inde redeuntes & machinas secum asportarunt, mortuosqve spoliarunt, & prædam quæ remanserat collegerunt: & pæana canentes in metropolim remearunt, suis qvidem paucis amissis, Romanorum autem & auxiliarium qvinque millibus peditum ac CCC. itemqve nongentis & octoginta eqvitibus interemptis. Hæc qvidem Novemb. mensis VIII. die gesta sunt, anno XII. Neronis principatus.

CAP. XXV.

De Damascenorum sævitia in Judæos, deqve Josephi studiis a. Galilæa in

POst Cestii vero casus adversos nobilium Judæorum multi, tanqvam e navi pessum itura, civitate enatabant. Deniq; Costobarus & Saulus fratres, una cum Philippo Jachimi filio, qvi princeps erat exercitus regis Agrippæ, inde dilapsi ad Cestium transfugerunt. Qvi vero cum his in aula regia fuerat obsessus Antipas, fuga despecta, qvemadmodum à seditiosis interemptus sit alias indicabimus. Cestius autem Saulum & cæteros in Achaiam ad Neronem misit, & propriam necessitatem indicaturos, &

belli cauſas derivaturos in Florum. ſperavit enim, & iram in illum excitatum iri, & ſua pericula ſummovenda. Tunc autem Damaſceni, cæde Romanorum cognita, Judæos apud ſe degentes opprimere ſtuduerunt: & cum eos in publicis thermis collectos haberent, (namque id propter ſuſpiciones meditabantur) facilem quidem ſui conatus exitum fore putabant. verebantur autem mulieres ſuas, fere omnes præter paucas Judaizantes, & eorum religione imbutas. Quare hîc magna cura fuit eas cælandi, quid agerent: Judæorum autem decem millia, quippe in angusto loco, atqüe omnes inermes aggreſſi, una hora ſine metu jugulaverunt. Qui vero Ceſtium fugaverant, in Hieroſolymam reverſi, qvos adhuc Romanorum ſtudioſos invenissent, partim vi, partim blanditiis ſibi etiam ſociabant: & in templum congregati, plures belli duces eligendos eſſe cenſebant. Declaratus eſt igitur Joſephus, Gorionis filius, & pontifex Ananus: omnia quæ in civitate gerenda eſſent, imperaturi: maximeque ut civitatis muros erigerent. Filium namque Simonis Eleazarum, quamvis Romanis prædam, & ereptas Ceſtio pecunias, & inſuper his plurima ex theſauris publicis in poteſtate haberet, tamen nullis neceſſitatibus propoſuerunt: qvod & ipſum tyrannidis ſuperbia viderent efferri, ejusq; ſtudioſos ſive imitatores, ſatellitum more verſari. verum paulatim Eleazarus ambitione pecuniæ, itemque aſtutia perſuaſit populo ut omnibus parerent. In Idumæam vero qvos mitterent, alios militum duces optarunt, Jeſum filium Sapphæ, unum è pontificibus & Eleazarum novi pontificis filium, Nigro autem mandaverunt, qvi tunc Idumæam regebat, ex regione trans Jordanem poſita genus ducens, unde Peraites cognominabatur, ut ducibus obtemperaret. Sed nec alias quidem regiones omittendas putabant: namque in Hierichuntem Joſephus filius Simonis, & trans flumen Manaſſes, & Tamnam Johannes Eſſæus, toparchias adminiſtraturi miſſi ſunt. huic autem Lydda, & Joppe, & Ammaus erant additæ. Gophniticæ autem & Acrabatenæ regionum Joannes, filius Ananiæ, rector deſignatus eſt: & utriusque Galilææ Joſephus Matthiæ filius, hujus autem præfecturæ juncta erat & Gamala, munitiſſima civitatum qvæ ibi fuere. Aliorum igitur rectorum, pro alacritate ac prudentia ſua, qvisque res ſibi creditas adminiſtrabat. Joſephus autem cum in Galilæam veniſſet, primum curæ habuit, indigenarum ſibi conciliare benevolentiam: multa ſciens eâ confici poſſe, licet in aliis peccaviſſet. Deinde conſiderato, quod potentiſſimos quidem amicos haberet, ſi eos participes poteſtatis feciſſet, omnem vero multitudinem ſi pleraq; per indigenas & conſuetos fieri præciperet, LXX. de ſenioribo ejus gentis prudentiſſimos elegit, eoſq; rectores totius Galilææ conſtituit. VII. vero per ſingulas civitates minorum litium judices. nam majora negotia cauſaſq; capitales ad ſe referre juſſit, & illos LXX. Cæterum diſpoſito per civitates jure quo inter ſe uterentur, etiam quemadmodum extrinſecus tuti eſſent animadvertit:

Ἀνεῖλε τὰς αἰτίας ἅ πολέμου πρόφασιν ἐς Φλῶρον. τῇ γὰρ ἐπ' ἐκείνοις ὀργῇ, καὶ φόβοις περὶ αὐτοῦ καὶ κινδύνους ἤλπιζεν.

ΚΕΦ. με.

Κατὰ τοῦτο δὲ καιροῦ τὸ τῶν Γαμαλέων Φῦλον ὁρμῶν, τοὺς παρ' ἑαυτοῖς ἐπιφανεῖς ἀνελεῖν ἐπεβούλευσεν. καὶ καθὸ μὲν εἶχον αὐτοῖς ἐν τῷ γυμνασίῳ πάλαι συνηθροισμένους ἀλλ' ὁ τῆς ἀπεργασίας ἀθόρυβος, φάσιν τοῦ ἀπιχωρήσειν ἔθνους. ἐδεδοίκεσαν δὲ τὰς ἑαυτῶν γυναῖκας, ἅπασαι σχεδὸν ὅλην τὴν Ἰουδαϊκὴν θρησκείαν ἐζηλωμένας τῇ Ἰουδαϊκῇ θρησκείᾳ. ἐν μέσοις τοῖς ἀγῶν ἐγίνετο λαθεῖν ἐπιόντες. ὅπως δὲ Ἰουδαίους, ἐν ἐστενῷ χωρίῳ τὸ πλῆθος ὄντας μονοῦς, καὶ πάντας ἀνόπλους, ἐπιπλέοντες κατὰ μίαν ὥραν, ἅπαντας ἔσφαξαν.

ΚΕΦ. μς.

Οἱ δὲ διώξαντες τὸν Κέστιον, ὡς κατέφυγεν εἰς Ἱεροσόλυμα, τοὺς μὲν βία τῶν ἐπὶ ῥώμης τοὺς δὲ πειθοῖ προσηγάγοντο, καὶ συνεισέρρεον εἰς τὸ ἱερὸν, στρατηγοὺς ἀποδεικνύντες ἐς πόλεμον. ἡρέθη δὲ ἰώσηπος ὁ γοργίου, καὶ ὁ ἀρχιερεὺς ἄνανος, τῶν τε κατὰ τὴν πόλιν ἀποτειχίσειν αὐτοῦ μάλιστα τὰ τείχη τῆς πόλεως ἀνεγείρειν. τὸν μὲν ἰώσηπον ἐλεάζαρον, καὶ πρὸ ὑφ' ἑαυτὸν ποιούμενον τὴν ῥωμαίων λείαν, καὶ τὰ ἀφαιρεθέντα χρήματα, ὡς οἷς πολλὰ τῶν δημοσίων χρημάτων ὧν ἐπέσπασαν ταῖς χερσίν, αὐτῷ τε πρὸς ἐρῶντες, καὶ τοὺς ὑφ' ἑαυτῷ ζηλωτὰς, δορυφορεῖν ποιούμενον. κατ' ὀλίγον γε μὴν, ἅτε χρήματα τὰ χρημάτων, καὶ γενεῶν ἐλεάζαρος, ἐκ πειθοῦς τὸν δῆμον, ὡς τι αὐτῷ πειθαρχεῖν πρὸς τῶν ὅλων. οἱ δὲ τὴν ἰδουμαίαν ἑτέρους ἐπέλεξαν στρατηγοὺς, ἰησοῦν τὸν υἱὸν σαπφᾶ τῶν ἀρχιερέων ἕνα, καὶ ἐλεάζαρον ἀρχιερέως υἱὸν νέου. τῷ δὲ ἄρχοντι τότε τῆς ἰδουμαίας νίγρῃ, γένος ὂν ἐκ τῆς πρὸς ἰορδάνου περαίας, διὰ τὸ περαίτης ἐπικαλεῖτο, προσέταξαν καὶ τούτοις τοῖς στρατηγοῖς. ἠμέλουν δὲ οὐδὲ τῆς ἄλλης χώρας ἐς μὲν ἱεριχοῦντα, ἰώσηπος ὁ σίμωνος, ἐς δὲ τὴν περαίαν μανασσῆς, ἰαμνίαν δὲ τοπαρχίας, ἰωάννης ὁ ἐσσαίου στρατηγοῶν ἐπεμέλητο. προσεκτήσαντο δὲ αὐτῷ λύδδα, καὶ ἰόππην, καὶ ἀμμαοῦν. τὴν δὲ γοφνιτικὴν καὶ ἀκραβατινὴν, ὁ ἀνανίου ἰωάννης ἐπεδείκνυτο, καὶ τῆς γαλιλαίας ἑκατέρας ἰώσηπος ματθίου. προσῆν δὲ τῇ τούτου στρατηγίᾳ, καὶ γάμαλα, τῶν ταύτῃ πόλεων ἐχυρωτάτη. τῶν μὲν ἄλλων στρατηγῶν ἕκας ὡς εἶχε προθυμίας ἢ σπουδῆς, διὰ τὰ πεπιστευμένα. ἰώσηπος δὲ εἰς γαλιλαίαν ἀνελθὼν, πρῶτον ἐφρόντισε τῆς εἰς αὐτὸν εὐνοίας τῶν ἐπιχωρίων, εἰδὼς ὅτι πολὺ πλεῖστα παρὰ ταύτῃ κατεπιθώσῃ, κἂν τἆλλα ἁμαρτάνῃ, σωιδὲ δὲ ὅτι τοὺς μὲν δυνατοὺς οἰκειώσεται μεταδιδοὺς τῆς ἐξουσίας αὐτῷ, τὸ δὲ πᾶν πλῆθος, εἰ δι' ἐγχωρίων καὶ σωήθων τὰ πολλὰ πράσσοι, τῶν μὲν γνωρίμων ἑβδομήκοντα τοὺς σωφρονεστάτους ἐπιλέξας ἐκ ἕ ἔθνους, κατέστησεν ἄρχοντας ὅλης γαλιλαίας, ἑπτὰ δὲ ἐν ἑκάστῃ πόλει δικαστὰς, τῶν δευτερευόντων ἀξιωμάτων. τὰ δὲ μείζω πράγματα, καὶ τὰς φονικὰς δίκας ἐφ' ἑαυτὸν ἀναπέμπειν ἐκέλευσε, καὶ τοὺς ἑβδομήκοντα. κατεστήσατο δὲ τὰ πρὸς ἀλλήλους νόμιμα τῶν κατὰ πόλιν, ὅπῃ τὸ ἔξωθεν αὐτῶν ἀσφαλὲς ἐχώρει. ᾔδει γὰρ

καὶ γενώσκων ῥωμαίους πεζομαλουῶτας εἰς τὴν γαλιλαίαν, τὰ πιτηδεια τῶν χωρίων ἐτείχιζεν, ἰωτιπάτα, καὶ βηρσαβεὲ, καὶ σελαμὶν, ἔτι ἢ καὶ πέρεκχὼ, καὶ ἰαφὰ καὶ σιγὼ, τὸ τε ἰτάβυριον καλούμενον ὄρος, καὶ τὴν τιρεχάιας, καὶ τιβεριάδα. πρὸς ἢ τούτοις, τὰ ὠδὶ γυμνοῖς τὸ λίμνην ἀπήλαια, κὴ τὴν κάτω καλουμένην γαλιλαίαν ἀνετείχισε, τῆς τε ἄνω γαλιλαίας, τοῦ τε πεσσαγορδομένου ἀχαβάρων πέτρου, καὶ σὶφ, καὶ ἰαμνιθ, καὶ μηρών. κὴ ἢ τοῦ γαυλανιτικοῦ, σελεύκειάν τε καὶ σωγάνην, καὶ γάμαλαν ἀχυρώσατο. μόνοις ἢ σεπφωρίταις ἀφῆκε καθ' ἑαυτοὺς τεῖχος ἀναδείμασθαι χρημάτων τὸ ἄπορους ὁρῶν ὄντας, καὶ πρόθυμους ὅτι τὸ πόλεμον δίκα πρόσχημα τοῦ, ὁμοίως γε καὶ γίσχαλα ἰωάννης ὁ λευΐου υἱὸς, καθ' ἑαυτὸν ἐτείχιζεν ἰωσήπου κελεύσαντος. τοῖς ἢ ἄλλοις ἱρύμασιν αὐτὸς ἅπασι συμπονῶν ἅμα καὶ προστάσσων παρῆν. κατέλεξε ἢ καὶ δύναμιν ἐκ τῆς γαλιλαίας ὑπὲρ δέκα μυριάδας νέων ἀνδρῶν, οὓς πάντας, ἐκ τῶν συλλεγομένων παλαιῶν ὅπλων ἐγκαταστησάμενος ἀπάλιζεν. ἐπειτα σωμάτων ἀπήτησεν τὰ ῥωμαίων ἰσχὺν μιμήσεως, δι' πειθείας μᾶλιστα καὶ μελέτης τῶν ὅπλων, τὴν μὲν διδασκαλίαν ἀπήγων τῇ χρείᾳ διανομάζων. τὸ ἢ δι' πειθὲς ἱρῶν πρηγνόμενον ἐκ ὀλιγίστους τῶν ἡγεμόνων, ῥωμαϊκώτερον ἔτι μᾶλλον τὰ στρατιὰν, καὶ πλείστους καθίστατο ταξιάρχους. στρατιωτῶν ἢ, ἀπόδεικνυ διαφορὰς. καὶ τύπους μὲν ἐπέστησε δεκαδάρχας, καὶ ἑκατοντάρχας, ἔπειτα χιλιάρχους, καὶ μὲν τύπις ἡγεμόσι πραγμάτων ἀδροτέρων ἀφηγουμένοις. ἐδίδασκέ τε σημείων πρόσοδος, καὶ σάλπιγγος πρόσκλησίς τε καὶ ἀνακλήσις, πρόσβολάς τε κεράτων, καὶ πρόκαιρωγὰς, καὶ πῶς δεῖ πρὸς μὲν τὸ κάμνον ὑπερέρειν ἐκ ἐπείοντος, ἐν ἢ τοῦ πονοῦντι συναμύνειν. ὅσα τε εἰς πρόσχημα ψυχῆς, ἢ καρτερίαν σώματος, συνεχῶς ἀφηγεῖτο. μάλιστα ἢ αὐτοὺς ἤσκει πρὸς τὸν πόλεμον παρ' ἕκαστα τοῦ ῥωμαίων ὑπερίσχον διηγούμενος, καὶ ὡς πολεμήσουσι πρὸς ἄνδρας, οἱ δι' ἀλκὴν σώματος καὶ ψυχῆς πρόσχημα, πάσης ὀλίγα δεῖν τῆς οἰκουμένης κρατοῦσιν. ἔφη ἢ πεῖραν αὐτῶν λαβεῖν τῆς κὴ τὸ πόλεμον ὑπερέχειν, καὶ πρὸ πρόσχεως, εἰ τῶν συνήθων ἀδικημάτων ἀπέχοιντο, κλοπῆς καὶ ληστείας, κὴ ἁρπαγῆς, ὅτ' ἐξαπατᾶν τὸ ὁμόφυλον, καὶ μὴ κέρδος οἰκεῖον ἡγεῖσθαι, τοῦ βλάβην τῶν σωμηθεστάτων. διοικεῖσθαι γὰρ κάλλιστα τοὺς πολέμους, παρ' οἷς ἂν ἀκριβὲς τὸ σωφρονεῖν ἔχωσιν οἱ στρατόμενοι. τοὺς ἢ οἴκοθεν φαύλους, οὐ μόνον τοῖς ἀπιοῦσιν ἐχθροῖς, ἀλλὰ καὶ τοῖς θεῷ χρῆσθαι πολεμίοις. πολλὰ τοιαῦτα πρόσωνῶν διετέλει, καὶ τὸ ἔτοιμον, εἰς πρόσταξιν αὐτῷ συγκεκρότητο, πεζῶν μὲν ἓξ μυριάδες, ἱππεῖς ἢ δισχίλιοι, καὶ πεντήκοντα. χωρὶς ἢ τούτων οἷς ἐπεπίστευτο μάλιστα, μισθοφόροι πρὸ πεντακισχιλίους, καὶ πεντακοσίους. δορυφόρους ἢ πρὸ αὐτὸν ἔσχεν ἑξακοσίους φύλακας τοῦ σώματος. ἐπεφόρτιστο ἢ πολὺ τῶν μισθοφόρων τοῦ ἄλλου στρατιᾶς αἱ πόλεις ῥᾳδίως. τῶν γὰρ καταλεγέντων ἑκάστη τοὺς ἡμίσεις ὅπλα τὴν στρατιὰν ἐκπέμπουσι, τοὺς λοιποὺς ὅπλα συμπεμπόμενον αὐτοῖς τῶν ὑπηρετῶν κατέσχεν, ὥς τε τοὺς μὲν εἰς ὅπλα, τοὺς ἢ εἰς ἐργασίαν διηρῆσθαι, καὶ τοῖς τὰ ὅπλα πέμπουσιν ἀντιχαρίζεσθαι πρὸς τῶν ὁπλιτῶν τοῦ ἀσφάλειαν.

A certusque in Galilæam Rom. esse venturos, opportuna loca muro cingebat, hoc est Jotapatan, & Bersabee & Selamin, necnon & Pereccho, & Japha, & Sigoph, & montem cui nomen est Itaburio, & Taricheas, & Tiberiada: ad hæc etiam circa Genesar lacum speluncas in ea quæ inferior Galilæa vocabatur munivit. Superioris autem Galilææ Petram quæ Achabrorum dicitur, & B Seph, & Jannitæ, & Mero: in Gaulanitide vero Seleuciam, & Soganen, & Gamalam munitione circumdedit. Solis autem Sepphoritis permisit, ut murum sibimetipsis fabricarent: quod eos pecuniosos esse, & ad bellum promptos etiam sine præcepto videret. Similiter autem Gischa-C lam, Josephi jussu per se muro cinxit Joannes Leviæ filius. Cæteris autem castellis omnibus ipse Josephus intererat, jubendo simul atqve opem ferendo. Qvin & exercitum ex Galilæa, supra centum millia virorum comparavit: quos omnes undiqve collectis armis veteribus instruebat. Deinde reputans, hoc maximè Rom. invictam esse virtutem, quod dicto essent audientes rectoribus suis, & armorum exercitationi operam darent, doctrinam quidem urgente necessitate D despexit: parendi autem facultatem ratus regentium multitudine posse contingere, ita ut Rom. solent divisit exercitum, pluresqve fecit ordinum principes. Diversisqve militum generibus constitutis, alios decadarchis, alios centurionibus, alios tribunis subdidit: & insuper his ipsis rectores, majorum rerum administratores dedit. Docebatqve signorum disciplinas, & provocationes revocationesqve buccinarum, & E principia cornuū, & circumductiones, & qvemadmodum oporteret laborantibus succurrere fortiores, & cum defatigatis partiri pericula: qvæqve ad fortitudinem animi corporisqve tolerantiam pertinerent, instituebat. Maxime vero eos erudiebat ad bellum, usqveqvaqve Rom. referens disciplinam, & quod cum viris essent præliaturi, qui & viribus corporis, & animi obF stinatione, totum penè orbem terræ superassent. His addidit, quo pacto belli tempore suis essent parituri præceptis, jam nunc periculum se facturum, si consuetis delictis, hoc est, furtis & latrociniis & rapinis abstinuissent: sed neqve aut gentilibus fraudem facerent, aut consuetis simorum damna proprium quæstum putarent. Illa enim bella optimè administrari, quorum milites G bonam conscientiam gererent: qui vero per se pravi fuissent, his non solum inimicos, sed etiam Deum hostem futurum. Multa in hunc modum admonendo perseverabat. Et jam quidem quantum prælio parandum esset, conflatum erat. Nam LX. peditum millia, CCL. eqvites, ac præter hos etiam mercenarios, quibus maximè fretus erat, habebat quatuor millia quingentos: necnon & sexcentos circa se electos custodes corporis atqve satellites. Exceptis autem mercenariis, facile cæteri milites à civitatibus alebantur. Namqve singulæ quas enumeravimus, cum mediam sui multitudinem mitterent in militiam, reliquos ad comparandum eis victum tenebant: ut pars armis, atqve alia pars faciendis operibus dirimeretur, & armati securitatem rependerent suggerentibus commeatum.

CAP. XXVI.

ΚΕΦ. μγ.

De Josephi periculis & evasione, & Joannis Giscalæi malitia.

JOsepho autem hoc modo administranti Galilæam, insurrexit quidam insidiator, patria Giscala ortus, Leviæ filius, nomine Joannes, callidissimus, ac dolis plenus, & neqvitia quidem nobilissimus omnium, antea verò pauper, & aliquandiu malitiæ suæ impedimentum passus inopiam, facilè mentiri paratus, mirusqve fidem adhibere mendacio: & qui fallaciam virtutem putaret, eaqve adversus amicissimos uteretur: simulator humanitatis, & spe lucri appetentissimus cædium: qui semper quidem immoderata concupisset, spem vero levioribus maleficiis aluisset. Latro enim erat, sui moris, ac solitarius: deinde etiam comitatum inventi audaciæ, primo quidem parvum, ampliorem autem proficiens. Curæ autem habebat, neminem ignavum ascisere: sed qui & habitudine corporis, & animi magnitudine, bellorumqve peritia præstarent, hos eligebat: donec CCCC. virorum catervam congregavit, qvorum plures ex Tyriorum finibus & vicis erant. Isque omnem Galilæam depopulabatur: & multos futuri belli metu suspensos lacerabat. Hunc igitur jamdudum regendi milites cupientem, & majora desiderantem, diu pecuniæ retardabat inopia. cumqve videret Josephum sua industria lætari, persvadet ei primùm, ut fabricandi muri patriæ solicitudinem sibi committeret. in qua re quæstus magnos à locupletibus fecit. Deinde callidissima fraude composita, velut oleo, quod non à gentilibus suis tractatum esset, uti caverent omnes apud Syriam Judæi, ut ad confinia oleum mitteretur depoposcit, nummoqve Tyrio, qui quatuor Atticos faceret, emptis quatuor amphoris, eodem precio amphoræ dimidium venundabat. Cumqve Galilæa ferax esset olei, maximo illo tempore magna ubertate redundaret, in ea loca ubi erat penuria solus multumqve mittendo, infinitam summam pecuniæ congregavit: qua mox in eum usus est, qui hoc sibi beneficium præstitisset. Deniqve existimans si Josephum deposuisset, rectorem se Galilææ futurum, quibus præerat latronibus imperavit prædam vehementius exercere, quo multis rebus novis per eas regiones excitatis, aut insidiis alicubi rectorem perimeret, si cui ferret auxilium: aut si latrocinia negligeret, ob hoc eum apud indigenas accusaret. Jamdudum autem rumores dissipaverat, qvod res Galilææ Josephus Romanis prodere cogitaret: multaqve in hunc modum ad ejus perniciem comparabat. Itaqve illo tempore, cum quidam ex vico Dabaritarum, in magno campo custodias agentes, Ptolemæum Agrippæ & Berenices procuratorem aggressi omnes quas ferebat sarcinas abstulissent, in quibus erant non paucæ vestes preciosæ, plurimaqve argentea pocula, & D C. aurei. Neqve hanc prædam occulte administrare potuissent, omnia Taricheas ad Josephũ comportarunt. Ille autem reprehensa violentia, quam regiis intulisset, reponi res ablatas apud aliqvem ejus civitatis potentissimum jubet: paratus eas dominis opportunè remittere. Unde maximum ei periculum comparatum est: namqve raptores earum, qvia prædæ nullam partem

Διοικοῦντι δ' ἔτω τὰ ἰώσηπω τὰ κ' τ γαλιλαίαν, ἀθρόα νίσταταί τις ἐπίβουλ ἀνὴρ ἀπὸ γισχάλων, ὑὸς λευΐ ἰωάννης ὄνομα. πανοῦργός μὲν δολιώτατ τ ἀπιστημων, ἐν δ τοῖς πονηροῖς μάσιν ἀπάντων. πένης δ τὰ πρῶτα, καὶ μέχρι πολλοῦ κώλυμα ἔχων τῆς κακίας τὴν ἀπορίαν, ἐπιμ μὲν ψεύδεσθ, δεινὸς δ ἐπιθεῖναι πίστιν τοῖς ἐψευσμένοις, ἀρετὴν ἡγούμενο τὸν ἀπάτην, καὶ ταύτη κ' τῶν φιλτάτων χρώμενο, ὑποκριτὴς φιλανθρωπίας, καὶ δι' ἐλπίδα κέρδους φονικώτατ. ἀεὶ μὲν ἐπιθυμήσας μεγάλων, τρέφων δ τὰς ἐλπίδας ἐκ τ ταπεινῶν κακουργημάτων. λῃστὴς γὰρ ἦν μονότροπος, ἔπειτα καὶ συνοδίαν εὗρε τῆς τόλμης, τὸ μὲν πρῶτον ὀλίγων, ὕστερον δ ἀεὶ πλείονα. φρονῆσαι δ ἦν αὐτῷ μηδένα προσλαμβάνειν ἀλώτον, ἀλλὰ τοὺς ἀκμαίους σώματ, καὶ ψυχῆς εὐρώμαπι, καὶ πολέμων ἐμπειρίᾳ διαφέροντας ἐξελέγετο. μέχρι μὲν τριακοσίων ἀνδρῶν ἐφ συνεκρότησεν, οἱ τὸ πλέον ἐκ τῆς τυρίων χώρας, καὶ τῶν ἐν αὐτῇ κωμῶν ἦσαν, οἷς ἐλαΐζετο πᾶσαν τὴν γαλιλαίαν, καὶ μετεώρους ὄντας ὑπὸ τῷ μέλλοντι πολέμῳ τοὺς πολλοὺς ἐπῄρατο. ἤδη δ αὐτὸν στρατηγῶντα καὶ μείζονων ἐφιέμενον, ἔνθεα χρημάτων κατεῖχεν. ἐπεὶ δ τὸν ἰώσηπον ὁρῶν αὐτὸ σφίσι καίροντα τῷ δεσπείᾳ, πείθει μὲν πρῶτον αὐτῷ πιστεῦσαι τὸ τεῖχ ἀνοικοδομῆσαι τῆς πατρίδος, ἐν ᾧ πολλὰ ὠφελῆ τῶν πλουσίων ἐκέρδησεν. ἔπειτα συνθεὶς σκηνὴν πανουργοτάτην, ὡς ἅρα φυλάττωνται πάντες. οἱ κ' τὴν συρίαν ἰουδαῖοι, ἐλαίῳ χρῆσθαι μὴ δι' ὁμοφύλων ἐγχειρισμῷ, πέμπειν αὐτοῖς ὑπὲρ τῆς μισθοφορᾶς ἐζητήσατο. σωσιούμ ὁ δ' ἐκ τυρίου νομίσματ, ὃ τέσσαρας ἀττικὰς δύναται, τέσσαρας ἀμφορεῖς, τῆς αὐτῆς ἐπιπρασκε τιμῆς ἡμιαμφόριον. οὔσης δ τῆς γαλιλαίας ἐλαιοφόρου μάλιστα, καὶ τότε εὐφορηκυίας, εἰς ἀπανίζοντας πεπλουτηκυίας, πολὺν καὶ μόνος, ἄπειρον τὴν ὠνὴν ἐσωρίαν χρημάτων, οἷς εὐθὺς ἐχρῆτο κ' ἐπὶ τῆς ἐργασίαν ὠθούμενος. καὶ στασιαζόντων εἰ καταλύσειε τὸν ἰώσηπον αὐτὸς ἡγήσασθαι τῆς γαλιλαίας, τοῖς μὲν ὑφ' αὐτὸν λῃστὰς παρεσκεύαζεν εὐπορώτερον ἐγχειρεῖν ταῖς ἁρπαγαῖς, ὅπως πολλῶν νεωτερίζόντων κ' τὴν χώραν, ἢ διαχρήσαιτο τὸν τ στρατηγὸν ἐνεδρεύοντα λοχήσας, ἢ παρορῶντα τοὺς λῃστὰς, διαβάλοι παρὰ τοὺς ἐπιχωρίους. ἔπειτα διεφήμιζε πορρώθεν, ὡς ἅρα παρεσκευάσῃ ῥωμαίοις τὰ πράγματα ἰώσηπ, καὶ πολλὰ τοιαῦτα πρὸς καταλυσιν τὸν ἀνδρὸς ἐπεμηχανᾶτο, καθ' ὃν καιρὸν ἀπὸ δαβαριτῶν κώμης νεανίσκοι τινὲς τῶν ἐν τῷ μεγάλῳ πεδίῳ καθεζομένων φυλάκων, συνεδρεύοντες πολεμαῖον τὸν ἀρχίππα καὶ βερενίκης ἐπίτροπον, ἀφεῖλεντο πᾶσαν ὅσην ἦγε, ἀποσκευὴν, ἐν ᾗ πολυτελεῖς ἐσθῆτες οὐκ ὀλίγαι, καὶ πλῆθ ἐκπωμάτων ἀργυρῶν, ξενοί τε ἦσαν ἑξακόσιοι. μὴ δυνάμενοι δ διαθεῖν κρύφα τὸν ἁρπαγὴν, πάντα πρὸς ἰώσηπον εἰς περιχαίας ἐκόμισαν. ὁ δ μεμψάμεν αὐτῶν τὸ πρὸς τοὺς βασιλικοὺς βίαιον, τίθησι τὰ κομισθέντα σφῶν τῷ δυνατωτάτῳ τῶν περιχωριτῶν σώσειν, πέμψαι κατὰ καιρὸν τοῖς δεσπόταις προσῳρούμεν, ὃ δὴ μέγιστον αὐτῷ κίνδυνον ἐπήγαγε. οἱ γὰρ ἁρπάσαντες, ἅμα μὲν ὑπὸ τῆς μηδεμιᾶς τυχὼν μερίδ ἐκ τῶν

ἐκ τῶν κεκομισμένων ἀγανακτοῦντες, ἅμα ἤ δ' ὃς τοσ- A
κεψάμενοι τ' Ἰωσήπου τὴν διάνοιαν, ὅτι μέλλοι τοῖς βα-
σιλεῦσι τὸν πόνον αὐτῶν χαρίζεσθαι, νύκτωρ εἰς τὰς κώ-
μας αὐτῶν διέδραμον, καὶ πᾶσιν ἐπεδείκνυτο τ' Ἰώσηπ-
πον ὡς προδότην. ἐνέπλησαν ἢ καὶ τὰς πλησίον πόλεις
παραχρῆς, ὥς τι ἐκ τοῦ τὴν ἕως δέκα μυριάδας ὁπλι-
τῶν ἐπ' αὐτὸν συνοδραμεῖν. καὶ τὸ μὲν πλῆθος ἐν τῇ κ'
παρεκάλας ἱπποδρόμῳ συνηθροισμένον πολλὰ πρὸς
ὀργὴν ἀνεβόα, καὶ κατηλόγουν, οἱ ἦ, κρίειν τὸν προδό- B
την ἐκέκραγεσαν. παρώξυνε ἢ τοὺς πολλοὺς Ἰωάννης,
καὶ σὺν αὐτῷ Ἰησοῦς τὶς υἱὸς Σαπφᾶ, τότε ἄρχων τῆς Τι-
βεριάδος. οἱ μὲν σὺν φίλοι καὶ σωματοφύλακες δ'
Ἰωσήπου, καταπλαγέντες τὴν ὁρμὴν δ' πλήθους ἔφυ-
γον, πλὴν ὀλίγων πάντες. αὐτὸς ἢ κοιμώμενος ἤδη
προσφερομένου δ' πρὸς ἀφανισμὸν, καὶ ὑπ' ἀνδρῶν
φοβηθέντων τῶν παρόντων οἱ παρέμειναν, οὔτε πρὸς τὴν
καθ' αὑτὸν ἐρημίαν, οὔτε πρὸς τὸ πλῆθος τῶν ἐφεστώ-
των καταπλαγεὶς, προπηδᾷ, τὴν ἐσθῆτα περιῤῥηξάμε- C
νος μὲν τ' ἐσθῆτα, καταπασάμενος δ' τ' κεφαλὴν κόνιν, ἀντερεί-
ψας ἢ ἐπίσω τὰς χεῖρας, καὶ τὸ ἴδιον ξίφος ὑπολή-
σας τῷ τένοντι. πρὸς ἃ τῶν μὲν οἰκείων ἐχόντων, καὶ
μάλιστα παρεκάλουν οἰκτεῖραι. οἱ ἢ ἀπὸ τῆς χώ-
ρας, καὶ τῶν πλησίον ὅσοις ἐδόκει φορτικὸς ἐλάσσω φθό-
νου, προφέρειν τε τὰ κοινὰ χρήματα δῆτον ἐκέλευ-
ον, καὶ τὰς προδοτικὰς συνθήκας ἐξομολογεῖσθαι. προσ-
ειλήφεσαν γὰρ ἐκ δ' χήματος οὐδὲν αὐτὸν δεινήσειν D
τῶν ὑπονοηθέντων, ἀλλὰ ὅτι συγγνώμης παρεσομένης,
πάντα πεποιήκεναι τὰ πρὸς τὸν ἔλεον. τῷ ἢ λεῖν ἡ ταπεί-
νωσις, προκατασκευὴ στρατηγήματος· καὶ τοὺς χιτῶνας
τοὺς ἀγανακτοῦντας καθ' αὑτὸ κατ' ἀλλήλων ῥαπίσαι,
ἐφ' οἷς ὠργίζοντο πάντα ὁμολογήσειν ὑπισχνεῖτο.
εἶτα δοθὲν αὐτῷ λέγειν, ἐγὼ ταῦτα ἔφη τὰ χρήματα,
οὔτε ἀναπέμπειν ἀρχαῖα προσηξιούμην, οὔτε κερδαί-
νειν αὐτός. μὴ γὰρ ἡγησάμην ποτὲ ἢ φίλον τὸν ὑμῶν Ἀγ-
ρίππαν, ἢ κέρδος τὸ φέρον τῇ κοινῇ βλάβῃ. ἐρῶν ἢ ὠ E
παρεκάλεσεν μάλιστα τὴν ὑμετέραν πάλιν ἀσφάλειαν
δεομένῳ, καὶ πρὸς τὴν κατασκευὴν τείχους χρήζου-
σαν ἀργυρίου, δεδοικὼς ἢ τῶν Τιβεριέων δῆμον, καὶ τὰς
ἄλλας πόλεις ἐφεδρευούσας τῇς ἁρπασμοῦς, κατα-
σχεῖν ἡσυχῇ τὰ χρήματα προειλόμην, ἵνα ὑμῖν βοηθά-
λωμαι τεῖχος. εἰ ἢ μὴ δοκεῖ, προφέρω τὰ κεκο-
μισμένα, καὶ παρέχω διαρπάζειν. εἰ ἢ μὴ καλῶς
ὑμῖν ἐβουλευσάμην, κολάζετε τὸν ἐργάτην. ὅτι F
τούτοις οἱ παρεκαλοῦντο μὲν αὐτὸν ἀνδρῶν. οἱ
ἢ ἀπὸ τῆς Τιβεριάδος σὺν τοῖς ἄλλοις ἐκάκιζον, καὶ
διηπείλουν. καταλιπόντες ἢ ἑκάτεροι τὸν Ἰώσηπ-
πον, ἀλλήλοις διέφεροντο. κἀκεῖνος ἤδη τῆς
ὠκείας μόνοις, ἦσαν ἢ οἱ παρεκάλουν ὡς τετραχισμέ-
νοις, πᾶσι τῷ πλήθει παῤῥησιαστικώτερον ὁμίλει. καὶ
πολλὰ τ' προπέτειαν αὐτῶν καταγελάσας, ἐκ μὲν τ' πα-
ρόντων παρεκάλει ἔφη τεκμήριον, ἀσφαλεῖσθαι ἢ ὅμως
καὶ τὰς ἄλλας πόλεις. ἃ δὲ ὑπερῆν χρημάτων, ἐὰν ὁμο- G
νοῶσιν ἐφ' οἷς δεῖ πορίζειν, καὶ μὴ παροξύνωσιν ἢ δ'
πορίζοντος. ἔνθα δὴ τὸ μὲν ἄλλο πλῆθος τ' ἡπατημέ-
νων ἀπανεχώρει, καὶ τὸ διωργισμένον. διακόσιοι ἢ ἐπ'
αὐτὸν ὥρμησαν ἐνόπλοι, καὶ φθάσαντες εἰς τὸ δωμάτιον
παρελθεῖν, ἀπειλοῦντες ἐφεστήκεσαν. ὅτι τούτοις πάλιν

accepissent, ægre ferentes, & perspicientes qvod
Josephus cogitaverat laborem suum regibus
condonare, per vicos nocte discurrunt, omnibus-
qve prædicant Josephum proditorem esse: eo-
demqve tumultu civitates proximas repleve-
runt, adeo ut C. armatorum millia contra Jose-
phum prima luce concurrerent. Deniqve multi-
tudo qvidem, in circo apud Tarichæas congre-
gata, plurima per iracundiam conclamabat, par-
tim deponi, partim concremari vociferans prodi-
torem: plerosqve autem incitabat Joannes, &
cum eo Jesus quidam Sapphæ filius, tunc magi-
stratus Tiberiadis. Josephi igitur amici & satel-
lites, tantæ multitudinis incursu perterriti, o-
mnes præter quatuor diffugerunt. Ipse vero dor-
miens, prope cum jam ignis admoveretur exur-
git: & monentibus eum qvatuor qui remanse-
rant ut fugeret, neqve solitudine sua, neqve il-
lorum qvi contra se venerant copiis perturba-
tus, in conspectum illorum prosilit, veste discis-
sa, infusoqve capiti pulvere, averssisqve post ter-
gum manibus suoqve cervici gladio annexo. Hæc
autem amicos ei, maxime Tarichæas ad miseri-
cordiam commoverant. rustica vero plebs, & fi-
IGitur Veſpaſianus ultro ſe exiſtimans longitudine temporis, hoſtiumque incurſibus obſideri, cum prope jam muris aggeres æquarentur, arietem admovere decrevit. Eſt autem aries, immenſa materia, malo navis aſſimilis: cujus ſummum gravi ferro ſolidatum eſt, in arietis effigiem fabricato, unde etiam nomen accepit. dependet autem funibus medius ex trabe alia, velut ex trutina, palis utrinqve fultus, bene fundatis. retrorſum autem magna virorum multitudine repulſus, iſdemque ſimul rurſus impellentibus miſſus, in fronte prominente ferro mœnis

F G percutit: nec eſt ulla tam valida turris, aut murorum ambitus adeo latus, ut etſi priores ictus fortiter ſuſtinuerit, aſſiduos vincat. Ad hujus periculum rei duci Romano tranſire placuit vi capere oppidum properanti: qvoniam pernicioſa videbatur obſidio, Judæis minimè qvieſcentibus. Itaque Romani qvidem baliſtis cæteriſqve miſſilium machinis, ut facilius ferirentur qvi de muris obſtare tentaſſent propius adhibitis utebantur: neqve ſagittarii aut funditores longius aberant. cum vero ea cauſa muros nemo auderet aſcendere, ipſi arietem applicant cratibus deſuper itemqve pellibus ſeptum, tam pro ſui defenſione qvam machinæ.

ΚΕΦ. ιε.

Ὁ δὲ Οὐεσπασιανὸς ἤδη μῆνα ἕνα καὶ τέτταρας ἡμέρας ἐν τῇ Ἰωταπάτῃ διατρίβων, καὶ τοῖς ἐκδρομαῖς ἀντιπολιορκούμενος, τῶν χωμάτων ἤδη τοῖς τείχεσι πλαζόντων, προσῆγεν ἔργα τὸν κριόν. ἔστι δὲ ὁ κριὸς δοκὸς ἰσχυρὰ μεγάλη, πλοίου ἱστῷ παραπλησίως. ἐξόμνυται δὲ παχεῖσιδήρῳ κατ' ἄκρον εἰς κριοῦ πρόσωπον, ἀφ' οὗ καὶ κληθεὶς, τοῦτο καλοῦμεν. κατηώρηται δὲ κάλοις μέσος, ὥσπερ ὑπὸ πλάστιγγος ἑτέρας δοκοῦ, σταυροῖς ἑκατέρωθεν ἐρεισθεὶς ἐγκαρσίοις ἐσηρτημένης. ἀνωθοῦμεν δὲ πρὸς πλῆθος ἀνδρῶν εἰς τὸ κατόπιν, τῶν αὐτῶν ἀθρόως πάλιν εἰς τὸ μέτωπον ἀθούντων, τύπτει τὰ τείχη τῷ προσηνεχθέντι σιδήρῳ. καὶ οὐδεὶς οὕτω κραταιὸς πύργος, ἢ πρόβολος πλατὺς, ὃς καὶ τὰς πρώτας πληγὰς ἐνέγκαι κατισχύσει τὴν ἐπιμονῆς, ἀλλὰ παύτλιον πλῆθος πείραν ὁ στρατηγὸς τῶν ῥωμαίων μετέβαινε, βίᾳ πρὸς πόλιν ἑλεῖν ἀπάδων, ὡς τὸ προσκαθέζεσθαι βλαβερὸν ἦν, ἰουδαίων ἠρεμούντων. οἱ μὲν ἐν τοῖς τε καλαπέλταις, καὶ τοῖς λοιποῖς τῶν ἀφετηρίων, ὡς ἐκείνοις τοῖς ἐπὶ τοῦ τείχους κωλύειν πειρωμένοις, ἔγγιον προσιόντες ἔβαλλον. ἐμοίως δὲ σωρηγὸς οἱ τοξόται καὶ σφενδονῆται. Ἀλλὰ δὲ τοῦτο μηδενὸς τῶν πρόσθεν βολῶν πληθὺν ποιοῦντος, προσῆγον ἕτεροι τὸν κριὸν, χερσὶ διαπεπλεγμένοις δέρεσι, καὶ καθύπερθε περιφραγμένον δέρεσι, πρός τε αὐτῶν καὶ τὰ μηχανήματα ἀσφάλειαν.

CAP. X.

Ubi Veſpaſianus Romanos ad Jotapatam obſidione premit, Joſephus ſe ad Galilæam recipit.

Veſpaſianus igitur mense uno & quatuor diebus apud Jotapatam commorans, & eruptionibus obſeſſorum infeſtatus, cum aggeres muris jam adæquarent, arietem admovere cœpit. Eſt autem aries trabs valida magna, navis malo ſimilis. Ferro autem pondere valido munitur in arietis effigiem, unde & nomen accepit. Pendet autem funibus medius, velut ex alterius trabis trutina, palis utrinque fultus, qui ſuperne ſtabiliti ſunt. Impellitur autem a multis hominibus, qui ſe ad impetum retrorſum recipiunt, ut rurſus in anteriora impellant. Ferit autem muros ferro quod prominet. Nec ullum adeo validum propugnaculum, aut latum murorum ambitum eſt, quod primas plagas ferre poſſit, ſed paulatim omnia labefactantur. Igitur dux Romanorum ut Judæis quietis ſedentibus, ſine periculo urbem capere poſſet, ad impetum faciendum ſuos accendebat. Et qui in catapultis, & qui in reliquis machinis erant, ut illi qui in muro defendere conabantur, propius accedentes jaculabantur. Similiter & ſagittarii & funditores. Sed cum nullus ictus multitudinem hoſtium deterreret, alii ad arietem accedebant, qui ſe ſimul & machinamenta tegumentis ex coriis contextis munierant.

Et primo quidem impetu mœnia concussa sunt: clamorque oppidanorum, velut jam capti essent, maximus factus est. Josephus autem eundem locum sæpe feriri, neque multo post murum disturbatum iri prospiciens, quo commento vim machinæ paulatim falleret excogitavit. Saccos enim paleis confertos, quà semper impetum arietis ferri viderent, demitti jussit ex muro: ut eo modo secundi ictus errarent, aut etiam excepta vulnera laxitas frustraretur. Quæ quidem res multum Romanis moræ attulit. nam quocunque hi machinam convertissent, contra illi qui super murum stabant, palearum traducentes saccos, ictibus supponebant, nihilque murus repercussione lædebatur, donec etiam Romani adversus hoc aliud machinati sunt: proceris enim contis expeditis, in his summis falces quibus saccos abscinderent alligarunt. Cum autem hoc modo efficax esset opus arietis, ac murus (qui recens ædificatus erat) ictibus cederet, quod reliqvum erat, Josephus ejusque socii ad ignis auxilium se contulerunt: accensumque totum quod aridæ fuit materiæ, tribus ex locis pariter inflammarunt, unaque machinas & propugnacula Romanorum & aggeres concremarunt. Illi vero non sine malo subveniebant, audacia simul eorum territi, & ne adjumento essent, flammis proruentibus impediti: quæ aridum nactæ fomitem, & præterea bitumen ac picem, necnon etiam sulfur, opinione citius volitabant: operaque Romanorum multo labore curata, unius horæ spatio pessum dederunt. Hic etiam vir quidam Judæus, prædicatione ac memoria dignus inventus est, Sammæi filius Eleazarus, cui Saab Galilææ patria fuit. Is enim saxum ingens alte sublatum, tanta vi super arietem ex muro demisit, ut machinæ caput abrumperet, idque ex mediis hostibus saltu ad eos delatus auferret, nulloque metu reportaret ad murum. Postremo tanquam signum quo tela mitterent, hostibus propositus, nudo corpore quinque sagittarum vulneribus fixus est: earumque nulla respecta, ubi murum ascendit, unde jam videri ab omnibus poterat sua audacia ibi constitit, contractusque dolore plagarum cum ariete decidit. Post hunc fortissimi extiterunt duo fratres Neritas & Philippus de vico Ruma Galilæi. Qui cum super milites decimæ legionis prosiliissent, tanto impetu vique irruerunt, ut & aciem Romanorum perrumperent, quique adversum ierant, omnes in fugam verterent. Præter hos Josephus quoque & cætera multitudo, raptis ignibus, machinas & refugia, cum operibus quintæ itemque decimæ, ejus quæ terga dederat legionis, incendunt. Cæteri autem qui mox consecuti sunt, & instrumenta & omne genus materiæ obruerunt. Rursus autem Romani sub vesperam, erectum arietem ad eam muri partem, quæ pridem quassata fuerat, appulere: ibique propugnatorum quidam Vespasiani plantam sagitta percussam leviter vulnerat, quia vis teli spatio defecisset. Maximam tunc id Romanis perturbationem fecit. his enim, qui prope aderant viso sanguine perterritis, per omnem fama concurrit exercitum: relictaque obsidione, plerique cum stupore atque formidine ad ducem belli,

καὶ κῆ τὸ πρῶτον πληγὴν, διασείθη μὲν τὸ τεῖχος, κραυγὴ δ' μεγίστη ὡφθη τῶν ἔνδοθεν ἠρθη, καθάπερ ἁλωκότων ἤδη. πολλακις δ' ἐς τὸν αὐτὸν τόπον πεσοῦσι πεσὼν, ἐ ἰώσηπος ὁρῶν ὅσον ἔτω καταρρηγνύμενον τὸ τεῖχος, σοφίζε πρὸς ὀλίγον τοῦ βίαιου δ μηχανήματος. σάκκους ἀχύρων πληρώσαντας σκέλεσι καθημένοις, καθ' ὃ φερόμενον ἀεὶ τ κριὸν ὁρῶεν, οἱ πολέμιοι τὴ ἐμβολὴν, καὶ δεχομένη τὰς πληγὰς, σκοπεῖν τὴ χαυνότητα. τοῦτο πολὺν χρόνον παρέχε τοῖς ῥωμαίοις, καθ' ὃν χρόνον τ μηχανὴν, ἀντιστρέφοντες τοὺς σάκκους τῶν ὑπερθεν, ὑποβαλλόντων δ τ ἐμβολὰς ὡς μηδὲν κατ' ἀντίτυπίαν βλάπτοιεν τὸ τεῖχος, ἕως ἀντιπνοήσαντες κοντοὺς οἱ ῥωμαῖοι μακροὺς, καὶ δρέπανα δήσαντες ἐπ' ἄκρων τοὺς σάκκους ἀπέτεμνον. ἐνεργοῦ δ' οὕτω τῆς ἐλεπόλεως ἠμυένης, καὶ τὸ τὴ τείχους, νεοπαγὲς ὂν ἰλὺν, ἐσείοντος ἤδη, τὸ λοιπὸν ὀπὶ ἰλὺν ἐκ πυρὸς ἄμμων οἱ περὶ τ ἰώσηπον ὥρμησαν, ἀψάμενοι δ' ὅσον αὖης εἶχον ὕλης, τριχόθεν ἐπεσήεσαν, καὶ τὰ μηχανήματα, τε τὰ ἔργα, καὶ τὰ χώματα τῶν ῥωμαίων ἐνεπύρισαν. οἱ δὲ κακῶς ἐπεβοήθουν, ὡς τε τοῦ πάλαι αὐτῶν καταπεπληγότες, καὶ ὑπὸ φλογὸς τοὺς ἀμύνοντας φθανούσης. ξηρὰς γὰρ ὕλης, ὡς δ' ἀσφάλτου τε καὶ πίσσης, ἔτι δ' θείου, διέπλατο τὸ πῦρ ῥᾳδίως πάχος, καὶ τὰ πολλῷ καματῷ πεπονημένα ῥωμαίοις, ἐπ' μιᾶς ὥρας ἐτέμετο.

Κεφ. 15.

ΕΝθα καὶ ἀνὴρ τὶς ἐξεφάνη ἰουδαῖος, λόγου καὶ μνήμης ἄξιος. σαμαίου μὲν πατὸς ἦν, ἐλεάζαρος δ' ὀνομάζετο. σικελὸς δ' πατρὸς ἀπὸ τ γαλιλαίας. ὑπερμεγέθη πέτρον αἰρόμενος, ἀφίησιν ἀπὸ τ τοίχης ὀπὶ τ ἐλεπόλιν, μ πεσοῦσης βίας, ὡς τε ἀποῤῥαξαι τ κεφαλὴν τ μηχανήματος, καὶ κατασπάσας, ἐκ μέσων αἴρε τῶν πολεμίων, καὶ μ πολλὴς ἀδείας ἐπὶ τὸ τεῖχος ἐφερε. σκοπὸς δ' πᾶσι τοῖς ἐχθροῖς ὠμόμος, ἐ γυμνὸν τὸ σῶμα τοῖς βέλεσι δεξάμενος, πεπ μὴ διαπείρε βέλεσι, πρὶς οὐδὲν δ' πύτων ὀπίσω φῆς, ὅπ τὸ τεῖχος ἀνέβη, ἐ πρόσωπος πᾶσι τ ὀπλίτας ἴσης, τόπ ἰλυσπώμενος ὑπὸ τῶν τραυμάτων μ δ' ἀφῆκε πεσεῖν. ἀφεῖσι μ δ' τὸν ἐφάνησαν ἀδελφοὶ δύο πατρὸς ἐ φίλιππος, ἀπὸ ῥουμᾶς κώμης, γαλιλαῖοι καὶ αὐτοί. προπηδῶσι μὲν εἰς τοὺς ἀπὸ δ δεκάτου τάγματος, ἕτω δ' ῥοίζῳ καὶ βίᾳ τοῖς ῥωμαίοις συμπίπτουσιν, ὡς διαῤῥῆξαί τε τὰς τάξεις, κ τρέψασθαι καθ' οὓς ἂν ἐφορμήσειαν ἅπαντας. μ πυθόμενος, ὅτι ἰώσηπος, ἐ τὸν πολὺν ὄχλον δρέμοντας πάλιν πρὸ, τὰ μηχανήματα καὶ τὰς προσβολὰς ἅμα τοῖς ἔργοις ὑφῆψαν, ὅτι πέμπτῃ καὶ δεκάτου τραπέντος τάγματος, οἱ λοιποὶ φήσαντες, ἐ τὰ ὅπλα ἐ πᾶσαν ὕλην κατέχωσαν. πρὸς δὲ δείλην ἀναζήσαντες, πρόσωπον τὸν κριὸν πάλιν, ἡ προπεπηγότι τυπτόμενον τὸ τεῖχος. ἔνθα τις τῶν ἀμυνουμένων ἐπ' αὐτῷ, βάλλει τ ὀυεπασιανὸν βέλει κ τὸν παρὸν δ πρὸς, καὶ πεζώσιν μὲν ὀπλίταις προεκλυσαντος τὸ βληθὲν δ ἀλγήματος, μέγιστον δ' θόρυβον ἐνεπίησε τοῖς ῥωμαίοις. πρὸς γὰρ τὸ αἷμα προσχυθέντων τ πλησίον, φήμη ἀθρόα πάντας ἐμπίπλει ἐπὶ τῇ πληγῇ δ στρατηγοῦ, ἐ τ πολιορκίας οἱ πλέιστοι ἀφέμενοι, μετ' ἐκπλήξεως καὶ δέους ὅλι τὸν στρατηγὸν συμ-

πωιέθεον. πρὸ δὲ πάντων ἦν ὁ Τίτος παρὼν τῷ πατρὶ παρῆν. ὡς τὸ θαλῆθος ἐπὶ τῇ περὶ τὸν ἡγούμενον ἀνοίᾳ, καὶ τῇ τῶν παιδὸς ἀγωνίᾳ συγχυθῆναι. ῥᾴστη μὲν τοι τὸν τε πόνον ὁ πατὴρ ἐδίσατο, καὶ τὸν φόβον ἀπαυστὶ δὲ θορύβου. τῶν γὰρ ἀλγηδόνων ἐπάνω ἦν ὁμοῦ, καὶ πᾶσι τοῖς ἐπιοῦσιν ἐξ αὐτῶν ἐφθέγξατο ἀπειλαῖς, χαλεπώτερον ἰσθμοῖς ἐπήγειρε τὸν πόλεμον. ἕκαστος γὰρ ὡς πυρὸς ἐπὶ στρατηγοῦ προκινδυνεύοντος ἤθελε, καὶ βοῇ θράσους τοὺς ἀλλήλους ἐπὶ τὸ τεῖχος ὥρμων. οἱ δὲ περὶ τὸν ἰώσηπον, καίτοι ἐπ' ἀλλήλοις πίπτοντες ὑπὸ τῶν καταπελτικῶν ἐκ τῶν πετροβόλων, ὅμως οὐκ ἀπεῤῥώοντο τοῦ τείχους, ἀλλὰ πυρὶ καὶ σιδήρῳ καὶ πέτραις τοὺς ὑπὸ τὸ χεῖρα τὸν κρίον ὑπερείδοντας ἐβαλλον. καὶ ἦνυον μὲν οὐδὲν ἢ μικρὸν, αὐτοὶ δ' ἀθλίως ἔπιπτον, ὑπὸ μὴ βλεπομένων καθορώμενοι. αὐτίκα γὰρ ὑπὸ τῆς σφετέρας βελεμνοπόμπου φλογὸς, σκοτεινὸς ἦν τοῖς πολεμίοις ὁ σιδηρός, ὥσπερ ἐν ἡμέρᾳ, ἐκ τῶν ὀργάνων προῤῥωδὲν μὴ βλεπομένων δυσφύλακτον. ἦν τὸ βλεπόμενον. ἤτοι γὰρ τῶν ὀξυβελῶν, καὶ καταπελτῶν βίᾳ πολλοὺς ἅμα διήλαυνε, καὶ τῶν ὑπὸ τὰ μηχανῆς ἀφιεμένων πετρῶν ὁ ῥοῖζος ἐπάλξεις τε ἀπέσυρε, καὶ γωνίας ἀπέθρυπτε πύργων. ἀνδρῶν μὲν γὰρ σὺν πολλοὶ οὔτως ἰσχυρὸν ἦν, ὃ μὴ μέχρις ἑκατὸν σταδίων φάλαγγος, βίᾳ τε μεγέθους λίθου. μάθοι δ' ἄν τις τὸ μηχανήματος ἀπὸ τῶν ὑπὸ τῆσδε τῆς νυκτὸς γενομένων.

ΚΕΦ. ιζ.

Πληγεὶς χάρις ἀπ' αὐτοῦ τῶν σὺν τὸ ἰώσηπον ἐσώτων ἀνὰ τὸ τεῖχος, ἀπερράγη τὴν κεφαλὴν ὑπὸ πέτρας, καὶ τὸ κρανίον ὅλον τριῶν ἰσφενδονήθη σταδίων, γυναικός τε μεθ' ἡμέραν ἐγκύμονος πληγὴν τὸν γαστέρα, σεσηκὸς δὲ νεὸν ἐκ οἰκίας, ἐξέπεσεν ἐφ' ἡμισταδίου τὸ βρέφος. τοσαύτη δὲ καὶ λίθου βία. τῶν μὲν ὀργάνων, φοβερώτερος ὁ ῥοῖζος. τῶν δὲ βαλλομένων, δὲ ὁ ψόφος. ἐπάλληλοι δ' ὀκτύποι οἱ νεκροὶ κατὰ τοῦ τείχους ῥιπτούμενοι, καὶ δεινὴ μὲν ἔνδοθεν κραυγὴ γυναικῶν ἠκούετο. στυγνὸν δὲ ἔξωθεν οἰμωγαὶ φονευομένων, αἵματι δ' ἐῤῥοῦτο πᾶς ὁ περὶ τὴς μαχης περίβολος, καὶ περιβαθὲς ὑπὸ πλωμάτων τὸ τεῖχος ἐγένετο. φοβερώτερον δὲ ἐποίουν τὴν βοὴν περιηχοῦντα τὰ ὄρη, καὶ οὐδὲν ἐπ' ὀκεανὸς ἡ νυκτὸς, ὅτι εἰς ἀκοὰς, οὔτε ὡς ὄψεως καταπλῆξιν ἀπελείφθη. πολῖται μὲν γὰρ ὑπὲρ τὸ ἰωσηπίτης ἀγωνιζόμενοι γενναίως ἔπεσον. πολῖται δ' ἐφόρουν τραύματα, καὶ μόλις περὶ τὸ ἑωθινὸν φυλακὴν, ἐνδίδωσι τοῖς μηχανήμασι τὸ τεῖχος ἀθληλεύπλως τυπτόμενον. οἱ δὲ φραξάμενοι τοῖς σώμασι, καὶ τοῖς ὅπλοις, τὸ καταῤῥιφὲν ἀντωχύρωσαν πρὶν βληθῆναι τοὺς ὑπερασπιστὰς τῶν ξυλίνων μηχανῶν.

ΚΕΦ. ιη.

Υπὸ δὲ τὸν ἕω οὐεσπασιανὸς ὑπὲρ τὸ καταλῆψιν τὸ πόλεως σπεύδων τὸ τραπιὰν, ὀλίγον δεῖν ἐξ νυκτερινὸν πόνον ἀναπαύσας. βουλόμενος δὲ δεῖν τὸ καταῤῥιφθέντων ἀσπασάμενος τοὺς ἄρχοντας, τὰς μὲν ἡγεμονικὰς τάξεις τῶν ἱππέων δεξιᾷ τῶν ἵππων, τειχῆ διέταξε κατὰ τὸ πεπλωκὸς τοῦ τείχους, πάντοθεν περιφερόμενος τοῖς ὅπλοις, καὶ τὰς κοντὰς προβεβλημένους, ὡς ἐπὶ τοὺς ὑπερασπιστὰς βαλλοιεν μηχανὰς, καταρχοίντο τῆς εἰσόδου. κατέπιν δὲ αὐτῶν ἔταξε τοὺς πεζοὺς τὸ ἀκμαιότατον, τὸ δὲ λοιπὸν ἱππικὸν, ἀντιπαρεξέτεινε τοῦ τείχους

A conçurrebant: & ante omnes Titus aderat metuens patri. Unde contigit, ut & benevolentia circa rectorem, & filii trepidatio confunderet multitudinem. facilè tamen pater & timore filium, & perturbatione liberavit exercitum. superato enim dolore vulneris, & ab omnibus, qui sui causa pertimuerunt conspici studens, bellum in Judæos sævius incitavit. Nam velut ultor quisque imperatoris omne periculum adire cupiebat: & clamore alius alium adhortantes, murum petebant. Josephus autem cum suis, licet assiduis balistarum itemque tormentorum ictibus caderent, neqvaquam tamen deterrebantur à muro: sed flammis & ferro & saxis eos appetebant, qui arietem protecti cratibus impellerent. Nihil autem, aut parum proficiebant, cum sine intermissione procumberent in conspectu hostium positi, qvos ipsi contra videre non possent. nam & suis ignibus collucebant, tanquam si dies esset, & certum erant hostibus signum qvo tela dirigerent: machinisque procul non apparentibus, missilia cavere non poterant. Ergo propterea tam catapultarum quam jaculorum vi simul multi transfigebantur: missaque machinis saxa & murorum minas auferebant, & frangebant angulos turrium. virorum autem nulli tam fortiter constipati erant, ut non usque ad extremam faciem saxi magnitudine ac violentia sternerentur. Sciet autem aliquis hujus machinæ vis qvantum valeat, ex his quæ illa nocte contigerunt. in muro cuidam ex circunstantibus Josepho, saxo percusso caput avulsum est, ejusque ad tertium stadium veluti funda excussa calvaria. Interdiu quoque prægnantis fœminæ transjecto utero, ad dimidium stadium infans abactus est; tanta tormento vis fuit. Ergo machinis terribilior erat impetus, & missilium strepitus. Crebri autem mortui, cum per muros dejicerentur, sonabant. & acerbissimus quidem intus excitabatur mulierum clamor: extrinsecus autem occumbentium gemitus concrepabant: totusque ambitus muri, ad quem pugnabatur, sanguine confluebat: jamque ascendi poterat congestione cadaverum. montes autem resonantes, multo amplius horrorem augebant: nec quicquam illi nocti defuit, quod vel auribus vel oculis terrorem posset incutere. Plurimi quidem pro Jotapata decertantes, fortiter ceciderunt, plurimi etiam saucii sunt, & tamen vix circa matutinas vigilias murus assiduis machinarum ictibus cessit. Tumque illi quidem corporibus atque armis eam partem, quæ dejecta fuerat, priusquam Romani pontes apponerent, munierunt.

CAP. X.

De iterata impugnatione Jotapatenorum.

MAne autem Vespasianus ad occupandam civitatem jam ducebat exercitum, ex nocturno labore paulum recreatum. Idemque cupiens de convulsa muri parte alios propugnatores depellere, equitum quidem fortissimos equis depositos trifariam collocat: ut tecti armis directum latus undique obsiderent, contosque prætenderent: & cum pontes admoveri cœpissent, ipsi priores introirent. Post illos autem pedites validissimos ordinavit. Reliquam vero equitum multitudinem secundum muri spatium

per montana loca diſtendit, ne quis fugiens excidium civitatis lateret. Deinde qvi hos ſeqverentur conſtituit ſagittarios, paratas ſagittas habere juſſos: funditores quoque ſimiliter, & appoſitos machinis. Aliis autem integris muri partibus ſcalas applicare præcepit, ut qui hos prohibere tentaſſent, dejectæ partis defenſionem relinquerent: cæterique omnibus ſimul telis oppreſſi, violentiæ irrumpentium cederent. Joſephus autem hoc conſilio cognito, per murum integrum labore fatigatos itemque ſenes diſpoſuit, qvaſi lædi non poſſent: in parte vero collapſa validum & potentiſſimum quemque. ſenoſq; ante omnes viros, in quibus & ipſe fuit, ad pericula ſubeunda ſortitus eſt: hisqve præcepit, ut agminum ululatibus ne metu quaterentur, aures obſtruerent: contra ſagittarum vero multitudinem communiti protegerentur deſuper ſcutis: paulatimque recederent, donec ſagittarii pharetras exinanirent. Si vero pontes à Romanis apponerentur, ipſos proſilire mandavit: atque hoſtibus perſuaſit per ſua inſtrumenta reſiſtere: unumquemque vero ita certare debere, non qvaſi conſervandam tueretur, ſed quaſi perditam jam patriam vindicaret: atque oculis ſuis proponere mactari ſenes ac liberos, conjugeſque ſuas propemodum ab hoſtibus capi: vimque futuræ cladis jam nunc collectam in autores ejus effundere. ita quidem in utroque diſpoſuit. Civitatis autem vulgus imbelle, mulieres ac pueri, poſtquam oppidum triplici acie videre circundatum (nullus enim ad pugnam translatus fuerat à cuſtodiis) ſtrictisqve gladiis ad partem muri dejectam hoſtes inſtare, armiſqve montana loca omnia deſuper collucere, atque Arabum quendam ſagittariis tela ſuggerere, tunc extremo ululatu quaſi capta urbe conſonuerunt, non ut impendere mala, ſed ut adeſſe jam crederes: Qvare Joſephus mulieres, ne miſericordia ſuorum animos effœminarent, intra domos cum interminatione conclidit, ſilere juſſas: ipſe vero ad partem muri, quæ ſibi obtigerat tranſivit. & ſcalas quidem applicantibus animum non intendit, ſed tantum ſpeculabatur impetum ſagittarum. Simul autem ac tubicines univerſarum legionum conſonuerunt, & graviter infremuit exercitus: ſignoque dato, miſſis undique ſagittis lux obſcurari cœpit. Joſephi ſocii memores præceptorum, & adverſus clamorem obſtructis auribus, & contra ſagittarum vulnera corporibus communitis, cum admoverentur pontium machinæ, ipſi eas curſu, & antequam hoſtes pedem in his ponerent, occupant: eoſque aſcendere nitentes prælio deturbant, varia manuum itemque animi facinora demonſtrantes: & ne vel in extremis calamitatibus deteriores illis viderentur, qui ſine periculo fortes contra ſe eſſent, curabant. nec prius à Romanis divellebantur, quam vel caderent vel occiderent. Itaq; Judæis perpetuo dimicantibus, cum nec unde mutarent propugnatores haberent, deſeſſis autem Romanorū aſſidue ſubſtituerentur, proque his qvos violentia repuliſſent, alii ſuccederent: invicem ſe adhortati latera copulant:

Αχῦ πᾶσαν τ ὀρεινλὰν, πρὸς τὸ μηδένα τῶν ἀναφλγήτων ἐκτ ἀλώσεως ἀφαφυγεῖν. κατόπιν ἢ τέτων πρέψησε τοὺς τοξότας, ἔχειν κελεύσας ἕτοιμα τὰ βέλη πρὸς ἄφεσιν. ὁμοίως ἢ σφενδονητὰς, καὶ τοὺς ἐπὶ τῶν μηχανημάτων. ἑτέρους ἢ λίμακας ἁρμόσας, προσφέρειν ἐπάνω τοῖς ἀκραίοις τείχεσιν, ἵνα εἰ μὲν τύπους κωλύσῃ πρωόμους, καταλίπωσι τ ἐπὶ τῆς καταρρίφθεῖσι φυλακὴν, οἱ λοιποὶ ἢ ἀπ' αἰθρίου βιαζόμενοι τῶν βελῶν, ἐξώσωσι τ ἐκ τόπου. ἰώσηπος ἢ συνεὶς τὴν ἐπίνοιαν, ἐπὶ μὲν τὸ μόνον τ τείχους, σὺν τοῖς κεκμηκόσιν, ἐᾷ τοὺς γεραιούς, ὡς μηδὲν πάντη βλαπτομένους. κῦ ἢ τὰ παρερρωγότα τ τείχους, τοὺς δυνατωτάτους, καὶ πρὸ πάντων, αὐτὸς ἐξ ἀνδρῶν, μεθ' ὧν καὶ αὐτὸς εἰς τὸ προκινδυνεύειν, ἐκληρώσατο, σκέλος τι πρὸς μὲν τὴν ἀλαλαγμὸν τῶν πνευμάτων ἐπιφράξας τοῖς ἀκοαῖς, ὡς μὴ καταπλαγῆναι. πρὸς ἢ τὸ πλῆθος τῶν βελῶν συνοχλάσαντας καλύπτεσθαι ὑπερθεν τοῖς θυρεοῖς, ὑποχωρῆσαί τι πρὸς ὀλίγον ἕως τὰς φαρέτρας κενώσωσιν οἱ τοξόται. βαλλόντων ἢ τῶν ἐπιβατηρίους μηχανὰς αὐτοὺς προσηδᾶν, καὶ ἅμα τῶν ἰδίων ὀργάνων ἅπαντᾶν τοῖς πολεμίοις, ἀγωνίζεσθαί τι ἕκαστον, οὐχ ὑπὲρ σωτηρίας, ἀλλ' ὥσπερ ἀπωλείας ἤδη τ πατρίδος ἀμυνόμενον. λαμβάνοντὸ πρὸ ὀφθαλμῶν σφαγιαζομένους γέροντας, καὶ τὰ τέκνα, καὶ γυναῖκας ἀνειρεθησομένας ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν δοκεῖν οὐδέπω, καὶ τὸν ἐπὶ ταῖς μελλούσαις συμφοραῖς θυμὸν προσαλλίσαντας, εὐαφείας τοῖς δράσουσιν αὐτάς. ἐπᾶξε μὲν οὖν οὕτως ἑκάτερον. τὸ ἢ ἄχθος τῆς πόλεως πλῆθος γύναια καὶ παῖδες ὡς ἑθεάσαντο, περιωθῆ μὲν φάλαγγι τὴν πόλιν ἐζωσμένην, οὐδεὶς γὰρ ἐκ τοῦ μάχιμου μεθαρμόσατο τῶν πέλας φυλάκων, πρὸς ἢ τοῖς βεβλημένοις τείχεσι τοὺς πολεμίους ξιφήρεις, καὶ τὸν καθυπερθεν ὁρμητὸν λαμπρύνον ὅπλοις, πάντα βέλη τοὺς τοξότας ἐπανέχοντα τῶν ἀράδων, ὑσμινή τινα κωκυτὸν ἀλώσεως συνήχησαν, ὡς οὐκ ἀπαλουμένων ἔτι τῶν κακῶν, ἀλλ' ἤδη παρόντων. ὁ ἢ ἰώσηπος τὰ μὲν γυναῖα ὡς μὴ θηλύνοιεν οὕτω τοὺς ἑρμαῖς τῶν σφετέρων, καταπλήσῃ τοῖς οἰκίαις, μετ' ἀπωλῆς ἡσυχάζειν κελεύσας. αὐτὸς ἢ πρὸ τῶν ἐρριφθέντων ἢ ἔλαχε παρῆν. τοῖς μὲν σὺν καθ' ἕτερα προσφέρουσι τὰς κλίμακας, οὐ προσῆχεν. ἀπεκαραδόκει τὸν ἑρμαῖον τῶν βελῶν. ὁμοῦ ἢ οἵτε συλλογικὴ τῶν πνευμάτων ἁπάντων σιωπήσαν, καὶ δεινὸν ἐπηλάλαξεν ἡ σφαπὰ, καὶ πάντοθεν ἀφιεμένων ὑπὸ σιωπήματος τῶν βελῶν, τὸ φῶς ὑπεστέμνετο. μεμνημένοι γὰρ μὲν τῶν ἰώσηπου προσταγμάτων, οἵτε σὺν αὐτῷ, τὰς τε ἀκοὰς πρὸς τὸν βοηλὸν, καὶ τὰ σώματα πρὸς τὰς ἀφέσεις ἐφράξαντο, καὶ βαλλόντων τὰς μηχανὰς, ἐπεξέδραμον δι' αὐτῶν, πρὶν ἀλεθεῖαν τοὺς ἀλεβαλόντας. συμπλεκόμενοι γε μὴν τοῖς ἀντίοις, παντοῖα χ χειρῶν ἔργα καὶ ψυχῆς ἐναπεδείκνυντο, πειρώμενοι ὡς ἐπὶ τὰς ἐσχάτας συμφορὰς, μὴ χείρους φαίνεσθαι τῶν ἐν ἀκινδύνῳ τῶν κῦ σφᾶς ἀνδριζομένων. ὥστε οὐ πρότερον ἀπερρήγνυντο τῶν ῥωμαίων, πρὶν ἢ πτῶσιν, ἢ ἀλαφθῆναι. ὡς ἢ οἱ μὲν ἑκάμνον διηνεκῶς ἀμυνόμενοι, καὶ τοὺς ἐχθροὺς ἀμύνειν οὐκ ἔχοντες. τὸ κεκμηκὸς ἢ τ ῥωμαίων ἀκραιφνῆς διεδέχετο, καὶ πρόχειρον ἀντὶ τῶν ὑποδιαδόντων ἐπίβασιν ἕτεροι, ὠθοκελευόμενοι ἀλλήλους, καὶ πλευρὰν μὲν ἐνώσαντες,

σαντες, τῶς ἢ ἰυρεοῖς καθύπερθεν φοξαίμδροι, τέχος ἀῤῥηκτον ἐφύοντο, καὶ καθάπερ ἐν σώματι πάσῃ τῇ φάλαγγι τοὺς ἰουδαίους ἀνωθοῦντες, ἤδη δ' τείχους ἐπέβαινον.

Κεφ. δ.

Ὁ δὲ ἰώσηπος ἐς τ' ἀμηχανίας σύμβουλον λαβὼν τ' ἀνάγκην, ἡ δέεσι δεινὰ πρὸς ἐπίνοιαν, ὅπως αὖτ' ἀπαγωγὴς ἁρεθίζῃ, ζέον ἔλαιον σκέλδεσι καταχεῖν τ' σωμασικοτων. οἱ ἢ ὡς παρεσκδασμδνον ἔχοντες μ' τάχος πολλοὶ, καὶ πολὺ πάντοθεν τ' ῥωμαίων κατέχεον, συνεπαφιέντες καὶ τὰ αἰγλεία θερμαινόμδνα τῇ θέρμῃ. τῶν καμνόντων τ' ῥωμαίων, διεσκέδασε τ' πᾶξιν, καὶ μ' δεινῶν ἀλγηδόνων ἀπεκυλινδῶντο ἢ τείχους. ῥεῦσα μδν γὰ τὸ ἔλαιον ἀπὸ κόρυος μέχρι ποδῶν ὑπὸ τὰς πανοπλίας διέῤῥει ἢ σώματ' ὅλου, καὶ τ' σάρκα φλογὸς ὑδὲν ἔλασσον ἐπεβόσκετο, θερμαινόμδνόν τε φύσ' τοῦ χέος, καὶ ψυχόμδνον βραδέως διὰ τὴν ποότητα. τοῖς ἢ θώραξι τῶς κράνεσιν ἐνδεδεμδνων, ἀπαλλαγὴ τῆς καύσεως οὐκ ἦν. πηδῶντες δὴ καὶ συνειλούμδνοι τ' ἀλγηδόσιν, ἀπὸ τ' γεφυρωμάτων ἐπίπτον. οἱ ἢ τραπέντες εἰς τοὺς σφετέρους πρόσω βιαζόμδνους, ὐχ ἱκανῶς τῶς κατόπιν πιεζοῦσιν ἦσαν. ἐπέλιπε ἢ οὔτε ῥωμαίους ἐν τῶς κακοπραγίαις ἰσχὺς, οὔτε τοὺς ἰουδαίους συνέσεις. ἀλλ' οἱ μδν καὶ περ οἰκτρὰ πάσχοντας ὁρῶντες τοὺς καταχυθέντας ὅμως εἰς τοὺς κατέχεοντας ἐφέροντο, τ' πρὸ αὐτ' κακίζων ἕκαστος ὡς ἐμπόδιον ὄντα τῆς ῥώμης. οἱ ἢ ἰουδαῖοι δόλῳ δὶς πέρα τοὺς προσβάσεις αὐτῶν ἐπεσφαλον, τὴν ἐφθὴν ὑποχέοντες τ' σανίδα, ἃς ἐπολισθαίνοντες, ὑπορρέοντο, καὶ οὔτε τῶν τρεπομδνων, οὔτε τῶν προσβαινόντων τὶς ὀρθὸς ἔμδνεν. ἀλλ' οἱ μδν ὑπτιαζόμδνοι τῶν ἐπιβατηρίων μηχανῶν συνεπατοῦντο. πολλοὶ ἢ ἐπὶ τὸ χῶμα κατέπιπτον. ἑπτακόσιοι δ' ὑπὸ ἰουδαίων οἱ πιόντες. σφαλλομένων γὰ τ' ῥωμαίων, ἤτοι τ' χεῖρα συμπλοκῆς ἐλθόντες, πρὸς τὰς βολὰς εὐχέλεις. πολλὰ ἢ κακουμένους ἐν τῇ προσβολῇ τοὺς στρατιώτας, ὁ στρατηγὸς πρὸ δείλην ἀνεκάλ. ἔπεσον ἢ τούτων μὲν οὐκ ὀλίγοι, καὶ πλείους ἐτρώθησαν. τῶν ἢ ἀπὸ τ' ἰωταπάτης, ἀπέθανον μὲν ἓξ ἄνδρες, τραυματίαι ἢ ὑπὲρ τριακοσίους ἀνεκομίσθη· σκηνὴ μὲν οὖν δεσπότου μέσος, ἡ προταξις δέ.

Κεφ. ε.

Ὀ δὲ σπασιανὸς ἢ ἐπὶ τοῖς συμβεβηκόσι τ' στρατιὰν προεμυθέμενος, ὡς θυμουμένους εἶδε, καὶ οὐ προτροπῆς, ἀλλ' ἔργων δεομένους προσνοήσας μὲν τὰ χώματα, πύργους ἢ τρεῖς, πεντήκοντα ποδῶν ἕκαστον τὸ ὕψος κατασκδάσας πάντοθεν σιδήρῳ κεκαλυμμένους, ὡς ἑδραίοις τε εἶεν ὑπὸ βέλεσι, καὶ δυσπάλωτοι πυρὶ, τῶν χωμάτων ἐπέστησεν, ὁπλίσας αὐτοῖς ἀκοντιστάς τε καὶ τοξότας, καὶ τ' ἀφετηρίων ἐρχάνων τὰ κυφότερα, πρὸς ἢ τὰς ῥωμαλεωτάτους σφενδονήτας. οἱ μὴ καθορώμενοι διὰ τὸ ὕψος, καὶ τὰ θωράκια τ' πύργων, εἰς καθορωμένους τοὺς ὑπὲρ ἢ τείχους ἔβαλλον. οἱ ἢ μήτε κ' κόρυος φερομένων τῶν βελῶν σκιλίνων ῥᾳδίως δυναμένοι, μήτε τοὺς ἀφανεῖς ἀμύνεσθαι· καὶ τὰ μὲν ὕψος τῶν πύργων δυσέφικτον ὁρῶντες ἐκ χειρὸς βέλ. πυρὶ ἢ τ' πρὸς αὐτῆς σιδήρου δυσπαλώτου, ἐφόβουν ἀπὸ ἢ τείχους, καὶ προσβάλλειν πρωμένοις ἐπιξήνον. καὶ οἱ μὲν ἐπὶ τ' ἰωταπάτης, ἀντίτυχον ἕτως, ἀναῤῥυέντες τε καθ' ἡμέραν πολλοὶ, κ' μηδὲν ἀντιπαθοῦντες τοὺς πολεμίους, ὅτι μὴ μ' κινδύνων ἀνέργλν, ἔχοντες.

protectique desuper longioribus scutis, inexpugnabilis globus effecti sunt: totaque acie velut uno corpore repellendo Judæos, muro jam pedem ponebant. Tum Josephus, his rerum angustiis consilio necessitatis adhibito, machinis excogitandis cum desperatione stimulatur: ferventiqve oleo perfundi milites jubet, scutorum conjunctione defensos. id autem Judæi multi, qui & paratum haberent, & plurimum, cito Romanis infundunt: ipsis etiam in eos ahenis missis calore bullientibus. Hæc res Romanorum ardentium aciem dissipavit, & cum dolore sævissimo devolvebantur à muro. siquidem facilè à vertice ad pedes usqve sub armatura oleum per totum corpus fluebat, carnemque non secus ac flamma depascebatur: qvod natura facile calescceret, seroqve pro sui pinguedine refrigesceret. Thoracibus autem & galeis illigatis incendii fuga non erat. Nunc autem salientes, nunc incurvati dolore, de pontibus decidebant. Ad suos autem contranitentes tutò recedere non poterant, qvoniam facile ab insequentibus vulnerabantur. Sed neque Romanis virtus in rebus adversis, nec Judæis prudentia defuit. Romani enim licet oleo perfusi mirabilia pati viderentur, tamen in eos, qui perfuderant, ferebantur, præcedentem quisque incursando, tanquam ipse impetum retardaret. Judæi vero progressum eorum dolo altero deceperunt, cum fœno græco decocto pontium tabulata perfunderent: qvibus illi dilabentes retrahebantur, ut neqve fugientium quisquam, neque aggredientium firmo posset eniti vestigio: sed alii quidem resupinati per ipsas pontium tabulas calcarentur, multi vero super aggeres dejicerentur: & qui cecidissent, à Judæis feriebantur: qvi Romanis desilientibus conflictu jam liberi, facillime tela dirigebant. Cum autem multa milites mala in hac perpeti pugna dux videret, sub vesperam eos revocat: qvorum non paucis trucidatis, plures sunt vulnerati. Ex Jotapata vero sex viris mortuis, plures quam trecenti saucii translati sunt. Hoc autem modo pugnatum est Junii mensis die vigesimo. At Vespasianus eorum causa, quæ acciderant, consolatus exercitum, postquam ira vidit accensum, neqve tam exhortationem quam opus deposcere, aggeres quidem altius tollit. Tres vero turres quinquagenum pedum in excelsum jubet erigi, ferro undiq; tectas, ut & pondere stabiles essent, neq; ignibus expugnarentur easq; super aggeres collocat, jaculatoribus & sagittariis, itemque levioribus missilium machinis plenas, funditorum quoq; fortissimis. Qvi cum non conspicerentur propter altitudinem turrium & loricas, ipsi eos qvi super murum astarent facile conspicuos telis feriebant. at illi cum neque à vertice venientes sagittas facilè declinarent, neqve ulcisci possent qvos non viderent: altitudine quidem turrium librata manu jacula superante: ferro autē, quo erant septæ, flammis obstante: ob hæc defensionem muri deserunt: oppugnationemque tentantibus prompte occurrunt. Et Jotapateni quidem ita resistebant, qvamvis multi in dies singulos occumberent, neqve contra mali quicquam hostibus facerent, qvod eos sine periculo prohibere non poterant.

CAP. XI.

Κεφ. ια.

Japhæ expugnatio à Trajano & Tito.

HIs autem diebus Veſpaſianus ad finitimam qvandam Jotapatæ civitatem evocatus, cui nomen eſt Japha, novas res affectantem, & propterea, qvod Jotapatenos præter ſpem reſtitiſſe audierat, inſolescentem, mittit eo Trajanum decimæ legionis rectorem, dans ei duo millia peditum & eqvites mille. Ille autem cum oppidum contra expugnationem munitiſſimum reperiſſet (nam præter naturam qua tutum erat, etiam muro duplici cingebatur) habitatores vero ejus vidiſſet paratos ad pugnam ſibi obvios proceſſiſſe, prælium cum his committit: eoſqve pauliſper reluctatos, in fugam vertit: qvos veſtigiis conſecuti Romani, exterioris muri ambitum quo confugerant, cum ipſis irrumpunt. ſecundum autem murum petentibus, cives ſui clauſere civitatem, metu ſcilicet, ne cum his rurſus hoſtes intrarent. Profecto autem Deus Galilæorum clades Romanis donabat, qvi etiam tunc civitatis ejus univerſum populum excluſum, mœnibus propriis, ad interitum hoſtibus dedit avidiſſimis cædium. Multi enim ſimul ruentes ad portas, multumqve nominatim præpoſitos inclamantes, inter ipſas preces mactabantur, qvibus hoſtes unum murum, alterum cives clauſerant; & inter medios coacti murorum ambitus, multi qvidem ſociorum gladiis transfigebantur, infiniti vero a Romanis interficiebantur, ne ad ulciſcendum qvidem recepta fiducia. nam præter hoſtilem metum, etiam domeſtica proditio eorum animos fregerat. Deniqve moriebantur, non Romanos, ſed Judæos execrando, qvoad omnes interiere numero hominum, duodecim millia. Unde Trajanus vacuam eſſe civitatem pugnatoribus reputans, & ſi qvi adhuc intus eſſent, nihil eos auſuros eſſe exiſtimans præ timore, imperatori excidium reſervavit. eumq; per nuncios rogavit, ut filium ſuum Titum mitteret, finem victoriæ impoſiturum. ille autem laboris aliquid ſupereſſe ratus, cum milite filium miſit, hoc eſt, quingentis equitibus, & peditibus mille. Qvi maturè ad civitatem profectus ſic ordinavit exercitum, ut in lævo qvidem latere Trajanum conſtitueret, ipſe vero in dextro obſidioni præeſſet. Itaqve militibus ſcalas muris undiqve applicantibus, cum pauliſper deſuper Galilæi obſtitiſſent, continuo mœnia reliquerunt: Titus vero ejusqve comites ſaltu demiſſi, mature civitatem obtinuerunt. Tumqve vehemens cum his qui ſe intus congregavere, pugna commiſſa eſt: nunc per anguſta viarum irruentibus validiſſimis, nunc fœminis ex tectorum culminibus, quæ ſorte inveniſſent, tela jactantibus. Et hoc qvidem modo uſqve ad ſextam horam fuſtinuere conflictum. abſumptis autem bellatoribus, cætera multitudo, & ſub divo, & per domos, ſenes pariter ac juvenes mactabantur. Denique virilis ſexus præter infantes nullus remanſit, qui cum mulieribus abducti ſunt ſervitio. Interemptorum quidem in civitate, & in primo congreſſu, numerus fuit XV. millia: captivorum autem duo millia CXXX. Hæc Galilæis clades contigit quinto & vigeſimo die Junii menſis.

Ἀπὸ δὲ τῆς αὐτῆς ἡμέρας, Οὐεσπασιανὸς ἐπί τινα τῶν τῆς ἰωταπάτης ἀσυγκτήτων πόλιν (ἰαφὰ καλεῖται) νεωτερίζουσαν, καὶ τῶν ἰωταπατηνῶν ἔτι μᾶλλον δόξαν αὐτοῖς ἐπαιρομένην, τραιανὸν ἔπεμψε δεκάτου τάγματος ἡγεμόνα σκήπτῳ, ὡπλισμένους αὐτῷ χιλίους μὲν ἱππεῖς, πεζοὺς δὲ διχιλίους. ὁ δὲ τὴν μὲν πόλιν δυσάλωτον κατέλαβεν, ὄντος γὰρ τοῦ φύσει χαρτεροῦ τυγχανούσης, καὶ διπλοῦν περιβόλῳ τετειχισμένης, παντηκοντοτάς δὲ τοὺς ἐξ αὐτῆς ἑτοίμους εἰς μάχην συμβάλλει, καὶ μετ' ὀλίγον ἀντισχόντας, εἶτα ἔτρεψε. συμφυγόντων δὲ εἰς τὸ πρῶτον τεῖχος, οἱ ῥωμαῖοι κατὰ πόδας παρεσκεύασαν σωτῆρσιν. ὁρμήσαντας δὲ πάλιν εἰς τὸ δεύτερον τεῖχος, ἀποκλείουσι τῆς πόλεως οἱ σφέτεροι, δείσαντες μὴ σωτεισβάλωσιν οἱ πολέμιοι. θεὸς δ' ἦν ἄρα ὁ ῥωμαίοις τὰ γαλιλαίων πάθη χαριζόμενος, ὃς καὶ τοτε τὸν τῆς πόλεως λαὸν αὐτανδρον χερσὶν οἰκείαις ἐκπεμφθέντα πρὸς ἀπώλειαν, ἑκάστοτον φονῶσιν ἐχθροῖς παρέσχησεν. ἐμπίπτοντες γὰρ ἀθρόοι ταῖς πύλαις, καὶ πολλοὶ πρὸ αὐτῶν ὑπομαχοῦντες καλούμενοι, ἐν μέσοις ἀποφράττονται ταῖς ἐκτάσεσι. καὶ τὸ μὲν πρῶτον αὐτοῖς τεῖχος οἱ πολέμιοι, τὸ δεύτερον δ' ἐκλείουσιν οἱ σφέτεροι. μέσοι δὲ τῶν δυεῖν κατειλούμενοι πρὸς ἑκατέρων βύζην, πολλοὶ μὲν ταῖς ἰδίαις προσεπήροντο ξίφεσιν, ἄπειροι δὲ ὑπὸ ῥωμαίων ἐπίπτον, οὐδὲ ὅσον εἰς ἄμυναν ἀναθαῤῥοῦντες. θεὸς γὰρ τὸ καταπεπλῆχθαι τοὺς πολεμίους, ταῖς ψυχαῖς αὐτῶν ἔκλασεν ἡ τῶν οἰκείων προδοσία. πέρας ἔθνησκον, οὐ ῥωμαίων, ἀλλὰ τῶν ἰδίων καταιρόμενοι, μέχρι πάντες ἀπώλοντο, μύριοι καὶ διχίλιοι τὸν ἀριθμὸν ὄντες. κενὴν δὲ μαχίμων λογιζόμενος εἶναι τὴν πόλιν ὁ τραϊανός, εἰ δὲ καί τινες ἔνδον εἶεν, οἰόμενος μηδὲν αὐτοὺς τολμήσειν ὑπὲρ δέους, ἀνατίθησι τῷ στρατηγῷ τῶν ἄλλων. καὶ στήλας ἀγγέλους πρὸς Οὐεσπασιανὸν, ἠτῆσε πέμψαι τὸν υἱὸν αὐτοῦ Τῖτον ἐπιθησοντα τῇ νίκῃ πλέον. ὁ δὲ συμβαλὼν ὑπολείπεταί τινα πόνον, μὴ στρατιᾶς τὸν υἱὸν ἐπιπέμψῃ, πεντακοσίων μὲν ἱππέων, χιλίων δὲ πεζῶν. ὁ δὲ πρὸς τὴν πόλιν ἐλθὼν ἅμα τάχους, καὶ διαταξάμενος τὴν στρατιὰν, ἐπὶ μὲν δ' λαιᾷ κέρως, τὸν τραϊανὸν ἵστησιν, αὐτὸς δὲ τὸ δεξιὸν ἔχων, ἐξηγεῖτο πρὸς τὴν πολιορκίαν. τῶν δὲ στρατιωτῶν κλίμακας πάντοθεν τοῖς τείχεσι προσφερόντων, πρὸς ὀλίγον οἱ γαλιλαῖοι καθύπερθεν ἀμυνόμενοι, λείπουσι τὸν περίβολον. ἐπιπηδήσαντες δὲ οἱ περὶ Τῖτον, τὸ μὲν πόλεως κρατήσαν τοῖχος, πρὸς δὲ τοὺς ἔνδον αὐτοῖς συνεφέντας, καρτερᾷ μάχῃ συῤῥήγνυ. καὶ γὰρ ἐν τοῖς στενωποῖς οἱ δυνατοὶ προσεπέπιπτον, καὶ ἄνωθεν τῶν οἰκιῶν αἱ γυναῖκες ἔβαλλον πᾶν τὸ προσυχὸν αὐταῖς. καὶ μέχρι μὲν ἓξ ὥρων ἀντεῖχον μαχόμενοι. θανατηθέντων δὲ τῶν μαχίμων, τὸ λοιπὸν πλῆθος ἦν τοῖς τραυθρίοις, καὶ κατὰ τὰς οἰκίας ἀποφάττοντο, νέοι τε ὁμοῦ καὶ γέροντες. ὑπὲρ ἑνὸς ἄῤῥεν ἀπελείφθη δίχα νηπίων, ἃ μὴ γυναικῶν ἐξωνδραποδίσαντο. τῶν μὲν οὖν ἀνῃρεθέντων ἁπάντων τὸν ἀριθμὸν, καὶ ὅτι τῆς πεσούσης ὑπὲρ τάξεως, ἐφθάκει μύριοι πρὸς τοῖς πεντακισχιλίοις εἶναι, διχίλια καὶ ἑκατὸν καὶ τριάκοντα. τῶν δὲ σωθέντων τὸ πλῆθος γαλιλαίους ἑκατὸν δεσίου μῆνες.

Eum-

Κεφ. κϛ.

Ἐμενον δὲ οἱ δὲ σαμαρεῖς ἀπόρως ἔχοντες συμφορῶν. ἀθροισθέντες γὰρ ἐπὶ τὸ χαριζὶν καλούμενον ὄρος, ὅπερ αὐτοῖς ἐστιν ἅγιον, καὶ χώραν μὲν ἐμενον, πολέμου δὲ εἶχεν ἀπειλὴν ἡτοιμασμένου αὐτῶν καὶ τὰ φρονήματα. καὶ δὲ τῆς γειτνιώσης κακοῖς ἐσωφρονίζοντο. πρὸς δὲ τὰς ῥωμαίων δυσπραγίας ἐν εἰλογίσῳ τὴν καὶ σφᾶς ἀσθένειαν ὠφέλουν, καὶ μετέωροι πρὸς τὰς παραρχὰς ὑπῆρχον. ἐδόκει δὲ ἡσυχασιανῷ φήσιον τὸ κίνημα, καὶ τὰς ὁρμὰς αὐτῶν ἱστομένους. καὶ γὰρ ἀεὶ φρουραῖς ἡ σαμαρεῖτις ὅλη διείληπτο. τότε πλῆθος τῶν ἐληλυθότων, καὶ ἡ συμπαξις λεῖ φοβερά. καιρεάλιον δὲ ἔπαρχον ὄντα τῷ πεμπτῷ τάγματος, μεθ' ἑξακοσίων ἱππέων, καὶ πεζῶν, τρισχιλίων πέμπτ. τοῦτο προσαίνειν μὲν τὸ ὄρος, καὶ σωτηρίαν μάχην σὺν ἀσφαλεῖ ἔδοξε, τῶν πολεμίων πολλῶν καθυπερθεν ὄντων. κυκλωσάμενος δὲ τῇ δυνάμει πᾶσαν τὴν ὑπώρειαν δι' ὅλης αὐτοὺς ἐφρούρει τῆς ἡμέρας. συνέβη δὲ ὕδατος ἀπορουμένων τῶν σαμαρέων, σφοδρὰν τότε καὶ καῦμα δεινὸν, ὥστε δὲ λεῖ θέρος, καὶ τῶν ἀνατιθέντων τὸ πλῆθος ἀποθνήσκειν, ὡς τινὰς μὲν αὐτημέρου δοτὸ δ' ὕδωρ ἀποζητεῖν. πολλοὺς δὲ τῆς τοιαύτης ἀπωλείας τὸ δουλεύειν προελομένους, ῥωμαίοις προσφυγεῖν. ἐξ ὧν συνεὶς ὁ κερεάλιος, καὶ τοὺς ἐπὶ συμμένοντας τῶν δεινῶν καταπαύστους, ἐπαναβαίνει τῷ ὄρει, καὶ τῷ δυνάμει ἐν κύκλῳ προεῖσησιν τοῖς πολεμίοις τὸ μὲν πρῶτον ἐπὶ δεξιᾶς προκαλεῖτο καὶ σώζεσθαι παρεκάλει, ἀσφαλουμένου ἀσφάλειαν τὰ ὅπλα δόντας. ὡς δὲ οὐκ ἔπειθε, προσαπέκλεισε πάντας, χιλίους ἑξακοσίους ἐπὶ μυρίοις ὄντας. δεκάτου μηνὸς εἰκάδι καὶ ἑβδόμῃ ἐπελθὼν. καὶ τοιαύτης μὲν συμφορᾶς σαμαρεῖται ἔσχηκασιν.

Κεφ. κγ.

Τῶν δὲ ἀνὰ τὰ ἰωτοπάτα διαφερόντων, ἐπὶ πλεῖστα ἐλπίδα τοῖς δεινοῖς ἀντεχόντων, τεσσαρακοστὴ μὲν ἡμέρα καὶ ἑβδόμη τὰ χώματα τῶν ῥωμαίων ὑπερῆρθη τὸ τεῖχος. αὐτομολεῖ δέ τις πρὸς τὴν ἡσυχασιανὸν τῆς αὐτῆς ἡμέρας, τῷ τε ὀλιγότητα τῶν ἐπὶ τῆς πόλεως ἐξαγγέλλων, καὶ τῷ ἀσθένειαν. καὶ ὡς ἀχρυπνίᾳ διαπεπονημένοι, καὶ μάχαις ἐπαλλήλοις δεδαπανημένοι, δυνατοὶ μὲν εἶεν ἀδὲ βιαζομένους ἐπιφέρειν, καὶ δόλῳ δ' ἂν ἁλῶεν, ἅτις ἐπιθοῖτο πρὸς τὴν ἐσχάτην φυλακήν, καθ' ὃν ἄνεσίν τι τῶν δεινῶν ἐδόκουν ἔχειν, ὡς καθεύδειν μάλιστα κεκοπωμένοις εἰωθὸς ὕπνος. καταδαρθόντας ἔφασκε τοὺς φύλακας. συνέβαλέ τι καὶ αὐτὴ τὴν ὥραν ἐπελθεῖν. τῷ δὲ λεῖ μὲν διὰ σπουδῆς ὁ αὐτόμολος, ὅτι πρὸς ἀλλήλους πίστιν εἶδεν τῶν ἰουδαίων, καὶ τὴν πρὸς τὰς κολάσεις ὑπεροψίαν, ἐπειδὴ καὶ πρόσφυγα ληφθεὶς τις τῶν δοτὸ τῆς ἰωτοπάτης, πρὸς πᾶσαν αἰτίαν βασάνων ἀντέσχε, καὶ μηδὲν διὰ πυρὸς ἐξερεθισθεὶς τοῖς πολεμίοις πρεῖ τ' ἔνδον εἶπεῖν, ἀνεκαυχῶντο δὲ ἑαυτὰ καταμεμηδιῶν. τάχα μὲν ἐκ ὀπίσω πίστιν ἐποίει τῶν προδότων, ἢ τάχα μὲν ἀληθεύειν σκήνων, μηδὲν δ' αὐτὸς ἐξ ἑτέρας πεισθεὶς μέχρι προδοκῶν, τὸν μὲν φυλάσσειν ἐκέλευσεν, ἐπὶ δὲ τῷ καταλήψει τῆς πόλεως ὥρμα σιδάζε τῷ στρατῷ. καὶ δὲ τρεῖ μεσονυκτίου ὥρᾳ, ἤδεσαν ἡσυχῇ πρὸς τὸ τεῖχος. καὶ πρῶτος ἐπέβαινε τῆς σωτηρίας τῶν χιλιάρχων δομιτίου σαβίνου τῶν δοτὸ πέμπτης καὶ δεκάτου τάγματος τινὰς ὀλίγους ἄγων. ἀποφράξαντες δὲ τοὺς φύλακας, εἴσεισαν εἰς τὴν πόλιν ἡσυχῇ, μεθ' οὓς σὺν τῆς κερεάλιος χιλίαρχος,

A

CAP. XII.

SEd ne Samariæ qvidem alieni à calamitatibus remansere: Hi namqve in monte Garizin, qui est illis sanctissimus, congregati, locis suis expectabant: belli autem minas eorum conventus ac spiritus habere videbatur, nec saltem vicinorum malis corrigebantur, sed inconsulta suarum virium infirmitate, secundis Romanorum rebus exterriti, prona in tumultum voluntate pendebant. Vespasiano autem placebat motus antecapere, eorumqve impetus prævenire. Nam & si præsidiis tota Samaritica regio cincta erat, tamen eorum multitudo, qvi coierant & conspiratio timebatur. Eaque causa Cerealem quintæ legionis tribunum, cum sexcentis equitibus tribusqve peditum millibus mittit. Ille autem ad montem quidem accedere, prælioq; congredi neqvaqvam tutum esse duxit, quod hostes plurimi desuper essent: milites vero circumvallatis undique montis radicibus, tota eos die custodiebant. Evenit autem aqvæ tunc indigentibus Samaritis, etiam graves accendi æstus (erat enim tempus æstatis, neqve se rebus necessariis vulgus instruxerat) adeo ut nonnulli qvidem una die siti morerentur, multi vero ejusmodi morti servitium præferentes, ad Romanos transfugerent: ex qvibus cognito Cerealis, illos etiam, qui adhuc perseverarent, malis infractos, montem ascendit: & circum hostes exercitu constituto, primum eos ad fœdera hortabatur, atqve ut salvi esse mallent, rogabat: si arma projecissent, tutos fore promittens: deniqve qvia persuadere non posset, aggressus eos occidit omnes. Erant autem undecim millia & sexcenti. Hæc Junii mensis vigesimo & septimo die gesta sunt: atqve his calamitatibus Samaritæ oppressi sunt.

De Samaritis à Cereale devictis.

CAP. XIII.

IOtapatenis autem diu durantibus & præter spem adversa tolerantibus qvadragesimo quidem ac septimo die, Romanorum aggeres super murorum altitudinem sunt elati. qvidam vero ad Vespasianum eodem die profugus venit, paucitatem civium & infirmitatem simul eorum enuncians: qvodqve diuturnis vigiliis, & præliis assiduis consumpti, minime qvidem ulterius vim ferre possent, verum dolo etiam caperentur, si qvis instaret. circa extremam namque vigiliam, qvando & malorum requiem habere viderentur, & maxime defatigatos custodes matutinus somnus occupat, dormire eos dicebat, eademq; hora invadendos esse suadebat. Vespasiano autem, qvia fidem nosset inter se Judæorum, quantaq; superbia pœnas contemnerent, transfuga suspectus erat: num & antea quidam ex Jotapata captus, omne tormentorum genus fortiter pertulit, & cum ne flammis quidem coactus, quid intus ageretur, hostibus exqvirentibus prodidisset, mortem deridens cruci suffixus est. Fidem tamen proditori conjectura faciebat, fortasse illum vera dicere: ipse autem nihil ex ejus fallacia magnum sibi existimans esse mettiendum, asservari hominem jussit, & ad occupandam civitatem parabat exercitum. Hora igitur qvæ fuerat indicata, silentio muros petebat: primusqve incedebat Titus cum uno è tribunis Domitio Sabino, paucis ex qvintadecima legione comitatus. Interfectis autem vigilibus, in civitatem ingrediuntur, & post eos Sextus Cerealis tribunus,

Jotapatæ excidium.

& Placidus, ſubjectos ſibi milites introducebant. Arce vero occupata, cum hoſtes in medio oppido verſarentur, jamque plane dies eſſet, ne tunc quidem illi qui capti tenerentur, adhuc excidium ſentiebant, multo labore ſomnoque pariter diſſoluti. Et ſi quis evigilaſſet, nebula viſus ejus hebetavit, quæ caſu tunc plurima ſe circa oppidum fuderat. donec totus irrupit exercitus: ſoloque malorum periculo exuſcitati ſunt, morienteſque demum ſe periiſſe crediderunt. Romanos autem memores quid obſidionis tempore pertuliſſent, neque parcendi cuiquam, neq; miſerendi quenquam tangebat cura: ſed ex arce plebem ad prona compulſam facillime trucidabant, ubi loci difficultas pugnacibus quoque negaret copiam reſiſtendi. viarum namque anguſtiis preſſi, ac per declivia dilabentes, fluente deſuper bello obterebantur. Id multos etiam qui circa Joſephum lecti erant, ut manib. propriis liberarentur incitavit. nam cum ſe viderent Romanorum neminem poſſe occidere, ne Romanorum manibus oppeterent prævenerunt, & in extrema parte civitatis congregati, ſemet interfecerunt. Quicunque tamen vigilum primi captam civitatem ſenſerant, in quandam turrim Septentrionalem fuga recepti aliqvandiu quidem reſtiterunt. deinde circunfuſi hoſtium multitudine, ſero dextras dedere: hisque inſtantibus, mortem ſuam æquo animo præbuerunt. Potuiſſent autem incruento Romani obſidionis fine gloriari, niſi unus ex ipſis occidiſſet centurio, Antonius, peremptus inſidiis. Nam quidam ex his qui ad ſpeluncas confugerant (erant autem plurimi) rogabat Antonium, dextram ſibi porrigere, ad fidem ſalutis ac præſidium, qvo tutus aſcenderet, cumque is manum porrexiſſet incaute, haſta ille præventum ſub inguine perculit, ſtatimque confecit. Illo quidem die comparentem multitudinem peremere Romani. poſtea vero ſecutis diebus ſcrutando latebras, per cuniculos & ſpeluncas in omnem ſæviebant ætatem, præter infantes ac fœminas. Itaque captivi qvidem mille ducenti congregati erant: quadraginta vero millia connumerata ſunt excidii tempore & pugnis ſuperioribus mortuorum. At Veſpaſianus civitatem ipſam exſcindi jubet, caſtellaque ejus omnia exurit. Jotapata quidem ita devicta eſt tertiodecimo imperii Neronis anno, calendarum Julia-rum die.

CAP. XIIII.

Quomodo Joſeph. captus vitam ſuam redemit facto & verbis.

ROmani vero Joſephum requirentes, & propriæ indignationis cauſa, & quod imperatori operæ precium videbatur (captus enim, maxima pars belli eſſet) mortuos itemqve abditos rimabantur: ille autem in exitio civitatis fortunæ qvodam uſus auxilio, per medios ſe hoſtes furripuit, & in quendam profundum puteum ſaltu demiſſus eſt, cui amplum ſpecus adjunctum erat a latere, quod ſupra ſcrutantes videre non poſſent: ubi XL. inſignes viros latitantes offendit, rerumque utilium apparatum, qui non paucis diebus ſufficeret. Hoſtibus autem omnia complexis, interdiu quidem ſe occultavit: nocte vero ſurſum aſcendens, vigilias explorabat, ut fugeret. Cumque omnia undique

A καὶ πλάκας, τοὺς ὑπὸ σφᾶς τεταγμένους εἰσῆγον, κατέλημπτο δὲ τὴν ἄκραν. καὶ τῶν πολεμίων ἐν μέσῃ τῇ πόλει στρεφομένων, ἤδη δὲ καὶ ἡμέρας ἄσης, ὅμως ὑπὸ τῆς ἀλώσεως τοῖς πρατομένοις οὐδησις ἦν, καμάτῳ τε γὰρ οἱ πολλοὶ καὶ ὕπνῳ ἐλύοντο, καὶ τῶν λιχνισμένων ἐμίχλη τὰς ὄψεις ἀπημβλυωπλήν, ἣ τύχην τοῦ τῇ πόλει συνεχύθη. μέχρι πάσης τῆς φρουρᾶς εἰσπεσούσης, πρὸς μόνην τὴν τῶν κακῶν οὐδησιν ἐξανέστησαν, καὶ τὴν ἄλωσιν ὄπισθεν ἀναμορύθμοι. ῥωμαίους δὲ κατὰ τὴν μνήμην ὧν πρὸ τοῦ πολιορκίαν ἔπαθον, οὔτε φειδὼ εἰσῆλθέ τινος, οὔτε ἔλεος, ἀλλ' εἰς τὸ κατάντες ἀπὸ τῆς ἄκρας τὸν λεὼν συνωθοῦντες ἐφόνευον. ἔνθα καὶ τοὺς ἐπὶ μάχαις δυναμένους ἡ δυσχωρία τῶν ἄμυναν ἀφείλατο. θλιβόμενοι δὲ ἐν τοῖς στενωποῖς, καὶ κατ' ἀκρανοῦς ἐπιλαθόμενοι, ῥέοντι κατ' ἄκρας ἐκαλύπτοντο τῷ πολέμῳ. τέτε πολλοὺς, καὶ τῶν περὶ τὸν ἰώσηπον ἐπιλέκτων, ἐπ' αὐτοχειρίαν παρώξυνε. καπιδόντες δὲ ὡς ἑδένα τῶν ῥωμαίων ἀνελεῖν δύναν), τέλος πτεῖν αὐτοὶ ὑπὸ ῥωμαίων περέλαβον, καὶ σωθροισθέντες ἐπὶ τὰ καταλήγοντα τῆς πόλεως, σφᾶς αὐτοὺς ἀνεῖλον. ἔσω γε μὲν τὸν πρώτιον τῆς καταλήψεως οὐδησιν τῶν φυλάκων ἀφυγεῖν ἔφασαν, ἀναβάντες εἴς τινα τῶν περιπόλων πύργον μέχρι μὲν τινος ἀπημωάνθησαν· ἐπειχεθέντες δὲ τῷ πλήθει τῶν πολεμίων, ὀλίγε παρῆσαν τὰς δεξιὰς, καὶ τοῖς ἐφεστῶσι τὸν σφαγὸν ἐδίδοσαν παρέχον. ἀνεμάχητον δ' ἐν τοῖ αὐχήσαι ῥωμαίους τὸ πλῆθος τῆς πολιορκίας, εἰ μὴ κατὰ τὸν ἄλωσιν εἷς ἕπασιν ἑκατοντάρχης, ὃς ἦν αὐτῶν. θνήσκει δὲ ἐξ ἐνέδρας. τῶν γὰρ εἰς τὰ σπήλαια τοῖς συμπεφυγότων (πολὺ δὲ οὗτοι πλῆθος ἦσαν) ἱκέτευε τὸν αὐτῶν ὀρέξαι δεξιὰν αὐτῷ, πίστιν τε σωτηρίας, καὶ βοήθειαν πρὸς ἄνοδον. ὁ δὲ ἀφυλάκτως ὤρεγε τὴν χεῖρα, ὁ δὲ φθάσας αὐτὸν ἐκεῖνος, νύσσει κάτω τὸν βυθὸν ὀρύγματι, καὶ παράσχημα διερρᾴ(ε)κατ' ἐκείνου μὲν οὖν τὴν ἡμέραν, τὸ φανερὸν πλῆθος ἀνέδην ῥωμαίοι. τῆς δὲ νυκτὸς ἀνερρωγμένοις τοῖς καταδύσεις, τοὺς ἐν τοῖς ὑπονόμοις καὶ τοῖς ἀπηλαίοις ἐπεξῆεσαν, καὶ πάσης ἐχώρουν ἡλικίας, πλὴν νηπίων καὶ γυναικῶν, καὶ τὰ μὲν εἰχμάλωτα χίλια πρὸς τοῖς δισχοσίοις συνήχθη. νεκροὶ δὲ κατὰ τε τὴν ἄλωσιν, καὶ κατὰ τὰς πρότερον μάχας, συνεβλήθησαν τετρακισμύριοι, οὐεσπασιανὸς δὲ τὴν τε πόλιν κατασκάψαι κελεύει, καὶ τὰ φρούρια πάντα πρεσπεμπίπρησιν αὐτῆς. ἰωσαπατα μὲν οὖν ἔτως ἑάλω, τρισκαιδεκάτῳ τῆς νέρωνος ἡγεμονίας ἔτει, πανέμου νουμηνίᾳ.

Κεφ. κδ.

G ΡΩμαῖοι δὲ τὸν ἰώσηπον, ἀναζητοῦντες, κατά γε ὀργὴν σφετέραν, ἐσφόδρα δὲ φρενῶν φιλοτιμούμενοι, μεγίστη δὲ ἦν μοῖρα δὲ πολέμου ληφθείς, τούς τε νικητὰς διηρεύνων, καὶ τοὺς ἀποκρύφους τῆς πόλεως μυχούς. ὁ δὲ ἄρτι τῆς πόλεως ἁλισκομένης, δαιμονίῳ τινὶ συνεργίᾳ χρησάμενος, μέσον μὲν αὐτὸ σκηλέπη τὸ πολεμίων, καθελλὼν δὲ εἰς τινὰ βαθὺν λάκκον, ὧ πλατὺ ἀπῆλαιον διέζωκτο κατ' ὀπίσθιον, τοῖς ἄνωθεν ἀόρατον. ἔνθα πολυπραγμονοῦντα μὲν τὰ ἀπόκρυφα ἄνδρας καταλαμβάνοντας, ἐλάνθανε δὲ ὀλίγους ἡμέρας διαρκῆ δυναμένου. μεθ' ἡμέραν μὲν οὖν ἐπεστέλλετο τῶν πολεμίων πάντα διειληφότων, νυκτὸς δὲ ἀνιὼν ἐζήτει δεσμοῦ λάθυσιν καὶ τὰς φυλακὰς κατασκέπτετο. φρουρουμένων δὲ πανταχόθεν τῶν πύρ-

τῶν πύργων δι' αὐτὸν, ὡς λαθὼν σὺν ὀλίγοις, αὖθις εἰς τὸ σπήλαιον κατῆλθε. δύο μὲν οὖν ἡμέρας διελανθάνει. τῇ δὲ τρίτῃ γυναικός ἁλούσης, ἅμα αὐτῇ μεμνύεται. καὶ οὐεσπασιανὸς αὐτίκα μὲν ἀπουδῆς πέμπει δύο χιλιάρχους παυλῖνον, καὶ γαλλικανὸν, δεξιάς τε ἰωσήπῳ δοὺς καὶ βούσας, καὶ παρεγγυήσοντας ἀνελθεῖν. ἀφικόμενοι δὲ, παρεκάλουν αὐτὸν τὸν ἄνδρα, καὶ πίστεις ἔδει σωτηρίας ἐδίδοσαν. οὐ μὲν ἐπείθετο. σὺν δὲ ὢν εἰκὸς ἦν τὸν τοσαῦτα δράσαντα παθεῖν, σὺν ὀλίγοις δὲ φύσει τῶν προκαλουμένων ἡμέρου, τὰς ὑποψίας συνέλεγεν, ἐδεδίει τε ὡς ἐπὶ τιμωρίαν παρακαλοῦντας, ὥσπερ οὐεσπασιανὸς τρίτον ἐπὶ πέμπτῃ χιλίαρχον νικάνορα, γνώριμον τοῦ ἰωσήπου καὶ σωτῆρα πάλαι. παρελθὼν δ' ὅτος, τά τε φύσει ῥωμαίων χρηστὸν, ὡς οὐκ ἂν ἄπαξ ἔλεγεν, διῆγεν, καὶ ὡς δι' ἀρετὴν αὐτὸς θαυμάζοιτο μᾶλλον. ἢ μισεῖτο παρὰ τῶν ἡγεμόνων, ἀπουδάζων τὸ τὸν στρατηγὸν, σὺν ἐπὶ τιμωρίᾳ ἀναγαγεῖν αὐτόν. ἐπῆλθε γὰρ αὐτῷ, καὶ μὴ ὡς ἐκ προσώπου λαβεῖν, ἀλλὰ σῶσαι προαιρούμενον ἄνδρα ἡγεμόνα. προσετίθει δὲ, ὡς οὔτ' ἂν οὐεσπασιανὸς ἐνεδρεύων φίλον ἔπεμπεν, ἵνα δι' ἀκακίαν πράγματος παρασπάσῃ τὸ κάλλιστον, ἀπιστίας φίλιον, οὔτ' ἂν αὐτὸς ἀπιστήτων ἄνδρα φίλον, ὑπήκουσεν ἐλθεῖν. ἐνδοιάζοντος δὲ ἰωσήπου καὶ πρὸς τὸν νικάνορα, τὸ μὲν στρατιωτικὸν ὑπ' ὀργῆς ἐκκαῆναι τὸ σπήλαιον ὥρμητο. κατεῖχε δὲ αὐτοὺς ὁ πολέμαρχος, ζωγρῆσαι τὸν ἄνδρα φιλοτιμούμενος. ὡς δὲ ὅπερ νικάνωρ προσέκειτο λιπαρῶν, καὶ τὰς ἀπειλὰς δὲ πολέμου παλαιούσας ὁ ἰώσηπος ἐμαθεν, ἀναμνησις αὐτῷ τῶν διὰ νυκτὸς ὀνείρων εἰσῆρχετο, δι' ὧν ὁ θεὸς τὰς μελλούσας συμφορὰς αὐτῷ προεσημήνατο ἰουδαίοις, καὶ τὰ τῶν ῥωμαίων βασιλεῖς ἐσόμενα. ἦν δὲ καὶ περὶ ὀνείρων ἱκανὸς συμβάλλειν τὰ ἀμφιβόλως ὑπὸ θείου λεγόμενα. τῶν γε μὴν ἱερῶν βίβλων σὺν ἠγνόει τὰς προφητείας, ὡς ἂν αὐτὸς τε ὢν ἱερεὺς καὶ ἱερέων ἔκγονος, ὃς ὀπίτης τοῦ ὥρας ἔνθους ἐνόμιζε, καὶ τὸ φλεγμαῖνον τῶν προφάτων ὀνείρων ἀσαφὲς φαντάσμασι, προσέφερε τῷ θεῷ λεληθέναι δοκεῖ. καὶ ἐπειδὴ τὸ ἰουδαῖον ἔφη φῦλον ὀκλάσαι δοκεῖ σοι τῷ κτίσαντι, μετίθη δὲ πρὸς ῥωμαίους ἡ τύχη πᾶσα, καὶ τὸν ἐμὸν ψυχὸν ἐπελέξω τὰ μέλλοντα εἰπεῖν, δίδωμι μὲν ῥωμαίοις τὰς χεῖρας ἑκὼν καὶ ζῶ. μαρτύρομαι δὲ ὡς οὐ προδότης, ἀλλὰ σὸς ἄπειμι δεξιόν.

ΚΕΦ. κε.

ΤΑῦτα εἰπὼν, ἐνεδίδου τῷ νικάνορι. καὶ τῶν ἰουδαίων οἱ συγκατεφυγόντες, ὡς τὸν ἰώσηπον σωίεσθαι εἶκοντα τοῖς προκαλοῦσιν, ἀθρόοι περιστάντες, ἢ μεγάλα γε ἂν ἐβόησαν, ἐβόων, οἱ πάτριοι νόμοι, καὶ καταφήσαι θεὸς, ὁ ἰουδαίοις κτίσας ψυχὰς θανάτου καταφρονούσας. φιλοζωεῖς ἰώσηπε, καὶ φῶς ὑποδύσεις ὁρᾶν δοῦλον; ὡς ταχέως ἐπελάθου σαυτοῦ, τόπους ὑπὲρ ἐλευθερίας ἀποθνήσκειν ἔπεισας; ψεύδῃ μὲν ἄρα δόξαν ἀνδρείας, ψεύδῃ δὲ καὶ σωφροσύνης εἶχες, ἥτε σωτηρίαν μὲν ἐλπίζεις παρ' οἷς οὕτως ἐπολέμησας, σώζεσθαι δὲ ὑπ' ἐκείνων, κἂν ἡ βέβαιον θέλῃς. ἀλλ' εἰ χρή σοι λῆψιν τινὰ σαυτοῦ κατασχεῖν ἡ ῥωμαίων τύχη, προνοητέον ἡμῖν δ' ὅπως ὡς μάλιστα χρήσομαί σοι δεξιᾷ, καὶ ξίφει. σὺ δὲ ἂν μὲν ἐκὼν

A ipsius causa maximè custodirentur, neqve fallendi spes esset, in speluncam iterum descendebat: biduumqve ibi delituit. Tertia verò die, capta qvadam muliere, qvæ cum ipsis fuerat, indicatus est. Tumqve Vespasianus propere duos tribunos Paulinum & Gallicanum, jussos pacem dare Josepho, & hortari eum ut ascenderet, mittit. Qvibus tamen ille rogantibus, postquam ad eum venerunt, fidemque pro salute
B dantibus minimè paruit. Ex his autem magis quæ pati meritus esset, qvi plurima commisisset, quam ex naturali mansuetudine rogantium, suspicionem colligens, velut ad pœnam evocaretur, timebat: donec Vespasianus tertium qvoqve tribunum Nicanorem, Josepho notum, atqve olim consvetum misit. Is autem, qvam mite in eos Romanorum esset ingenium, qvos semel subjugassent, referens, qvodque ipse Josephus virtutis causa magis admirabilis, qvam invisus du-
C cibus haberetur: esseque imperatori studium non eum ad supplicium ducere, qvod etiam sine deditione sibi liceret exigere, sed conservare potius virum fortem: his addebat: qvod nec Vespasianus si qvid dolo moliretur, amicũ ad id mitteret, ut rem optimam pessimæ, hoc est, perfidiæ prætexeret amicitiam: neqve semetipsum illi, ut amicum falleret, obtemperaturum fuisse. Verum
D Josepho etiam post Nicanoris dicta hæsitante, milites qvidem irati, speluncæ ignem submittere properabant, sed retinebat eos belli ductor, vivum Josephum capere plurimi pendens. Nicanore autem vehementer instante, ubi etiam hostilis multitudinis minas comperit Josephus, nocturna somnia reminiscitur. qvibus ei Deus & futuras Judæorum clades, & qvæ Rom. essent
E eventura principibus, ostendit. erat autem interpretandis qvoqve somniis idoneus; & conjectare qvæ ambigue divinitus dicerentur, sciebat: qui & sacros prophetarum libros noverat, qvod & ipse sacerdos esset, & parentibus sacerdotibus procreatus. Illa igitur hora qvasi Deo plenus, & recentium somniorum, qvæ horrenda viderat, simulacra mente complexus, occultas preces
F Deo offert. Et quia Judæorum, inqvit, labefactati tibi rem creator placuit, fortuna verò ad Rom. tota migravit, animamque meam quæ futura prædiceret, elegisti, do qvidem manus sponte Rom. & vivo. testor autem, qvod non proditor, sed tuus minister ad eos ibo. Simulqve his dictis, Nicanori consentiebat. Verum qvi una confugerant Judæorum, postqvam intellexerunt Josephum rogantibus cedere, universi circum-
semper autem utrisqve ex tempore plus victoriæ captabatur: Judæis qvidem, si incautiores aggrederentur: in aggere autem positis, si improvisum excursum eorum pene septi armis excuperent. Sed non is erat finis obsidionis futurus. Res autem quædam fortuito gesta inopinatam castelli tradendi necessitatem Judæis imposuit. Erat inter obsessos juvenis & audacia ferox, & manu strenuus, Eleazarus nomine. is autem fuerat excursibus nobilis, multos egredi aggestumqve prohibere cogitans, & in præliis semper graviter Romanos afficiens: audaciaqve sua socios prosequens, impetum qvidem facilem his, periculo autem vacuum discessum efficiebat novissimus recedendo. Itaqve discreta qvodam die pugna, & utraqve parte digressa, ipse tanqvam despiciens omnes, existimans neminem tunc hostium prælium excepturum, extra portam remansit: & in muro stantes alloqvebatur tota mente illos attendens. Hanc autem opportunitatem vidit qvidam ex castris Romanorum Ægyptius, nomine Rufus: & qvod nemo speraisset, impetu facto cum ipsis eum armis repente correptum, cum hoc viso stantes in muro stupor teneret, in castra Romanorum traduxit. Postqvam vero dux nudum præcepit extendi, & in aperto constitutum, ut ex civitate conspiceretur, cædi verberibus, vehementer Judæos confudit casus juvenis, universaque civitas in fletu erat & qvestibus, unius viri clade percussa. Id ubi Bassus animadvertit, consiliorum adversus hostes hoc principium sumpsit: eorumqve miserationem augere cupiens, qvatenus coacti pro ejus salute castelli traditionem faxerent, qvod sperabat adeptus est. Nam ipse qvidem, velut mox Eleazarum suspensurus, crucem defigi jussit. ea vero conspecta, major castellanos dolor invasit, & ululando qverebantur, intolerabilem esse calamitatem vociferantes. Tunc igitur Eleazarus eos orabat, ne vel se despicerent, mortem miserrimam subiturum, sibiqve ipsis salutem præberent, postqvam jam subacti omnes Romanorum viribus fortunæ concederent. Illi autem & ejus sermone fracti, & qvod multi intus pro eo precabantur (ex magna enim & numerosa cognatione genus ducebat) & contra ingenium suum misericordia victi sunt: & qvibusdam celeriter missis colloqvebantur, castelli traditionem facere petentes, ac reddito sibi Eleazaro, sine metu dimitti. Cum autem his assensus esset dux Romanorum, multitudo civitatis inferioris, inita separatim cum Judæis cognita pactione, ipsi clam nocte aufugere statuêre. Cum vero portas aperuissent, ab his qvi deditionem promiserant, ad Bassum nuncius venit, sive invidia salutis eorum sive formidine, ne eorum fugæ causam ipsi præstarent. Sed fortissimi qvidem fugientium, qvi præcesserant, evasere. reliqvorum autem viri qvidem mille septingenti perempti sunt, mulierculæ vero & pueri

A ἀεὶ δ' ἐκ τοῦ παρόντος ὁ καιρὸς ἐκάστοις ἐπιτήδειον ἐπαίρειν τὸ πλέον. τοῖς μὲν Ἰουδαίοις, εἰ τοὺς ἀφυλακτοτέρους προσπέσοιεν. τοῖς δ' ἐκ τῶν χωμάτων ἐκδρομὴν αὐτῶν δεχομένοις, εἰ τὴν ἐκδρομὴν αὐτῶν δέχοιντο περιγιγνόμενοι. ἀλλ' οὐκ ἦν τούτοις ἔμελλε γίνεσθαι τὸ πέρας τοῦ πολιορκίας, ἔργον δέ τι πραχθὲν οὐκ εὐτυχίας ἔδοξεν, ἀλλὰ παραδόσεως ἐκ φρουρίας τῷ ἀναγκαίου ἐπίσης τοῖς ἐκβαίνουσι. λῃστὴς γὰρ τοῖς πολιορκουμένοις νεανίας τολμητής τις ἐφέστηκε, καὶ τῇ χειρὶ δραστήριος, ἐλεάζαρος ὄνομα. γένος δ' ἦν αὐτῷ ἐν τοῖς ἐκδρομαῖς ἐπιφανὴς τοὺς πολλοὺς ἐξιέναι καὶ κωλύειν τῶν χώσιν ἐμποδὼν, καὶ τῇ τὰς μάχας πολλὰ καὶ δεινὰ τοὺς ῥωμαίους ἀπεργάζεσθαι. τοῖς δ' οὖν αὖ πάλιν ἐπικτήτοις ῥᾴδιον μὲν τῷ προσβολῇ τὴν ἐρημίαν, ἀκίνδυνον δὲ παρέχειν τὴν ἀναχώρησιν, τῷ πάλιν εἰσεῖναι. καὶ ὅπου τῆς μάχης ἀρξαμένης, καὶ γενομένης ἀμφοτέρων ἀναχωρήσεως, αὐτὸς ἀπὸ δὴ πρόφρονῶν, καὶ νομίζων οὐκ ἐν ἐπὶ τῶν πολεμίων οὐδένα τόπον μάχης ἄρξειν, μόνας τῶν πυλῶν ἔξω, τοῖς ὄπισθε τείχους διαλάλει, μὴ πᾶς πρὸς ἐκείνους τὴν ἀφίνειαν ἴοι. ἰδὼν δ' αὐτὸν ῥωμαϊκοῦ τις φαντάσιον ῥοῦφος ὄνομα, καὶ μηδενὸς ἂν προσδοκήσαντος, ἐξαίφνης ὁπλισάμενον, σὺν αὐτοῖς ἁρπάσας αὐτὸν τῆς χλαμύδος, εἷς κατέσχε τοὺς ἀπὸ τῶν τειχῶν ἰδόντας ἔκπληξις, φέρων τὸν ἄνδρα μεταθεὶς πρὸς τὸ ῥωμαίων φρόνημα. ὁ δὲ στρατηγὸς κελεύσαντος γυμνὸν ἀφιλάβειν αὐτὸν, καὶ καταστήσαντος εἰς τὸ φανερώτατον τοῖς ἐκ τῆς πόλεως ἀποβλέπουσι μάστιξιν αἰκίζεσθαι, σφόδρα τοὺς ἰουδαίους τὸ πρὸ τοῦ νεανίου πάθος συνέχει. ἀθρόα δὲ ἡ πόλις ἀνώμωξε, καὶ θρῆνος ἦν μείζων ἢ καθ' ἑνὸς ἀνδρὸς συμφορᾶς. τέως συνιδὼν ὁ βάσσος τῶν πολεμίων δέχεσθαι ἐπήσκητο τὸ στρατήγημα, καὶ βουλόμενος αὐτῶν ὑπὸ τὴν αἰτίαν τὸ πρὸ ἁλῆναι, ἵνα βιασθῶσιν αἰτῆσαι τῆς σωτηρίας τὰνδρὸς παῦσαι δ' ἐφρουρίου σφόδρα, ἐλπίδος οὐ διήμαρτεν. ὁ μὲν γὰρ αὐτὸς ἔπεμψε κατηγυναῖκα σταυρὸν, ὃς αὐτίκα χρεμῶν τὸν ἐλεάζαρον. τοῖς δὲ ἀπὸ τοῦ φρουρίου τὸ πᾶν ἀσπασμὸς, οὐδὲν τὸ πλέον προσέπεσε, δ' ἀνωλύγιστον ἀνώμωζον, οὐκ ἀνεκτὸν εἶναι τὸ πάθος βοῶντες. ἐνταῦθα δὴ πάππος ἐλεάζαρος ἱκέτευεν αὐτοὺς, μήτ' αὐτὸν περιίδειν ἀνόμοιόν τε θανάτου τὴν αἰκίαν, καὶ σφίσιν αὐτοῖς τὴν σωτηρίαν προσχεῖν τῇ ῥωμαίων ἐξαίρετος ἰσχύϊ δ' τύχῃ, μὴ παύλας τὴν ἤδη κεχειρωμένους. οἱ δὲ, πρὸς τοὺς ἐκείνου λόγους κατακλώμενοι, καὶ πολλῶν ἔνδον ἐκάτερα αὐτοῦ δεομένων, ἦν γὰρ μεγάλης καὶ σφόδρα πολυανθρώπου συγγενείας, προῆλθε τὴν αὐτὴν φύσιν εἰς οἶκτον ἐκδώκαν καὶ τοὺς ἐξαποστείλαντας πρὸς τοῖχος, διελέγοντο πεῖσαι τὴν παράδοσιν τοῦ φρουρίου ἀξιοῦντες, ἵνα ἀδεῶς ἀπαλλάττωνται, κομισάμενοι τὸν ἐλεάζαρον. δεξαμένων δὲ τῶν ῥωμαίων, καὶ τοῦ στρατηγοῦ τούτου, τὸ πλῆθος τῆς ἐκ τῆς πόλεως, τὰ χωρισθέντα ἰδίᾳ τοῖς ἰουδαίοις πᾶσιν ὁμοῦ συμβᾶσιν, αὐτοὶ δὲ νύκτα λαθόντες ἔγνωσαν ἀποδρᾶναι. τὰς πύλας δ' αὐτῶν ἀνοιξάντων, ὡς ἦκε τὴν τοῦ ὁμολογίαν πεπεισμένων πρὸς τὸν βάσσον ἢ μὴ μείωσις, ἐκ' οὖν τῆς σωτηρίας αὐτοῖς φθονήσαντες. εἴτε καὶ μὴ δέος μὴ τοῦ αἰτίαν αὐτοὶ λάβωσι τῶν ἐκείνων ἀποδράσεως. οἱ μὲν οὖν ἀνδρειότατοι τῶν ἐξιόντων, ἐφθάνουν διεκπεπαυμένοι καὶ διέφυγον. τῶν δ' ἔνδον καταληφθέντων, ἄνδρες μὲν ἀπέθανον, πρὸ τοῖς χιλίοις ἑπτακόσιοι· γύναια δὲ καὶ παῖδες ἡθροίσθη.

ἠνδραποδίσθησαν. τοὺς δ' ἄρχοντας τοὺς φρουρήσαντας τὸ φρέαρ ὁμολογίας, οἰόμενος δεῖν ὁ Βάσσος διαφυλάττειν, αὐτούς τ' ἀφῆκε, καὶ τὸ ἐλεάζαρον ἀπέδωκε.

Κεφ. κς.

Τούτοις δὲ διοικηθεῖσιν ἠπείγετο τὴν τραπεζῖτιν ἄγειν λεγομένην δρυμόν. πολλοὶ γὰρ εἰς αὐτὸν ἠγελίθησαν ἠθροισμένοι, τῶν μὲν ἀπὸ τῆς πολιορκίας φεύγοντες, ἐκ τῶν ἱεροσολύμων καὶ μαχαιρηφορηθέντων ἀποδράντων. ἐλθὼν οὖν ἅμα τῷ τόπῳ, καὶ γνοὺς τὴν ἀγγελίαν οὐκ ἐψευσμένην, πρῶτον μὲν τοῖς ἱππεῦσιν ἅπαν κυκλοῦν τὸ χωρίον, ὅπως τοῖς διεκπαίειν μελλήσωσι τῶν ἰουδαίων, ἄπορον ἡ φυγὴ γένηται. ἔπειτα τοὺς πεζοὺς σκέλεσι δενδροτομῶν τὴν ὕλην, εἰς ἣν κατεπεφεύγεισαν. καθίστατο δὲ διὰ τάχους πρὸς ἀνάγκην οἱ ἰουδαῖοι, ἃ φρᾶσαι τὴν ἡμετέραν, εἰς ἐπιθυμίαν ἀγωνίσασθαι. τάχα δ' ἂν καὶ διαφυγόντες ἀθρόοι δὴ, καὶ μὴ βοῆς αἴσθησις, ἐπέπεσον τοῖς κεκυκλωμένοις. οἱ δ' αὐτοὺς ἐδέχοντο καρτερῶς, καὶ πολλὴ, τῶν μὲν ἀπονοία, τῶν δὲ φιλονεικία χεωμένων, χρόνος μὲν οὐκ ὀλίγος διὰ τὴν μάχην ἐτρίβη, τέλος δὲ αὐτῆς οὐχ ὅμοιον ἀπέβη τοῖς ἀγωνισαμένοις. ῥωμαίων μὲν γὰρ δώδεκα τοὺς πάντας συμβῆναι πεσεῖν, ὀλίγους τε τρωθῆναι. τῶν ἰουδαίων δ' ἐκ τῆς μάχης ταύτης οὐδεὶς διέφυγε, ἀλλ' ὅπερ οὐκ ἐλάττους χιλίων, πάντες ἀπέθανον, καὶ σρατηγὸς αὐτῶν ἰούδας ὁ Ἰαΐρου, οὗ πρότερον εἰρήκαμεν, ὅτι τάξεως ἡγούμενος τινὸς ἐν τῇ πολιορκίᾳ τῶν ἱεροσολύμων, κατά τινας ἀφανοὺς τῶν ὑπονόμων, ἐλαθεν ἀποδρᾶς.

Κεφ. κζ.

Περὶ δὲ τὸν αὐτὸν καιρὸν ἐπέστειλε καῖσαρ βάσσῳ, καὶ λιβερίῳ μαξίμῳ, ἔτος δὲ ἦν ὑπάτοις τότε, κελεύων πᾶσαν γῆν ἀποδόσθαι τῶν ἰουδαίων. οὐ γὰρ κατῴκισεν ἐκεῖ πόλιν, ἰδίαν αὐτῶν τὴν χώραν φυλάττων. ὀκτακοσίοις δὲ μόνοις ὑπὸ τῆς σρατιᾶς ἀφεθεῖσιν, χωρίον ἔδωκεν εἰς κατοίκησιν, ὃ καλεῖται μὲν ἀμμαοῦς, ἀπέχει δὲ τῶν ἱεροσολύμων σταδίους ἑξήκοντα. φόρον δὲ τοῖς ὅπου δήποτ' οὖσιν ἰουδαίοις ἐπέβαλε, δύο δραχμὰς ἑκάσῳ κελεύσας κελεύσαι ἀνὰ πᾶν ἔτος εἰς τὸ καπιτώλιον φέρειν, ὥσπερ πρότερον εἰς τὸν ἐν ἱεροσολύμοις νεὼν συνετέλουν. καὶ τὰ μὲν ἰουδαίων τότε τοιαύτην εἶχε κατάσασιν.

Κεφ. κη.

Ἤδη δὲ ἔτος τέταρτον οὐεσπασιανοῦ διέποντος τὴν ἡγεμονίαν, συνέβη τὸν βασιλέα τῆς κομαγηνῆς ἀντίοχον, μεγάλαις συμφοραῖς πανοικεσίᾳ περιπεσεῖν ὑπὸ τοιαύτης αἰτίας. κεσέννιος πέτος, ὁ τῆς συρίας ἡγεμὼν τότε καθεσηκὼς, εἴτ' οὖν ἀληθεύων, εἴτε καὶ διὰ τὴν πρὸς ἀντίοχον ἔχθραν, οὐ σφόδρα γὰρ τὸ σαφὲς ἠλέγχθη, γράμματα πρὸς καίσαρα διεπέμψατο, λέγων τὸν ἀντίοχον μὴ ἐκ παιδὸς ἀπιφανοῦς, διεγνωκέναι ῥωμαίων ἀφίστασθαι, συνθήκας πρὸς τὸν βασιλέα τῶν πάρθων πεποιημένον. δεῖν οὖν πρὸκαταλαβεῖν αὐτούς, μὴ φθάσαντας τῶν πραγμάτων ἄρξασθαι, πᾶσαν τὴν ῥωμαίων δυνάμιν πολέμῳ συνταράξωσιν. ἔμελλε δὲ ἡμῖν τοιοῦτον μηνύματος αὐτῷ προσταττόντος μὴ ῥᾳθυμεῖν. ἐκ γὰρ ἡγεμονίας τῶν βασιλέων, ἐπίσης τὸ πρᾶγμα μείζονος ἄξιον προνοίας. τὰ γὰρ σαμόσατα τῆς κομμαγηνῆς μεγίστη πόλις, κεῖται δὲ τοῦ εὐφράτου, ὡς ἂν εἴη τοῖς πάρθοις ἔτι τοιοῦτον διενενόητο, φάσιν μὲν τὴν ἀβασιν, βεβαίαν δὲ τὴν ἐποδοχήν. πιστευθεὶς οὖν πέτος,

in servitium ducti. Sponsiones autem cum his qvi castellum dedidere habitas, Bassus conservandas esse ratus, & ipsos dimisit, & Eleazarum reddidit.

CAP. XXVI.

De Judæis a Basso interemptis & Judæa divendita.

His autem administratis, in saltum, qvi appellatur Jardes, ducere properabat exercitum, multi enim illuc congregati esse nunciabantur qui pridem tempore obsidionis, ex Hierosolymis & Macharunte profugerant. Ergo cum ad locum veniisset, neqve falsum fuisse nuncium comperisset, primo qvidem omnem locum cum eqvitibus cingit: ut si quis Judæorum conatus fuisset evadere, fugiendi per eqvites copiam non haberet. pedites autem sylvam jussit cædere, in qvam confugerant. Hoc modo ad necessitatem adducti sunt, fortiter aliqvid faciendi, velut ex audaci certamine fortasse fugam etiam reperirent. Itaqve simul universi, & cum clamore impetu facto, in eos a qvibus cincti fuerant, irruunt. Illi autem fortiter excipiebant: multaqve his audacia, illis contentione usis, diu quidem prælium tractum est, non autem similis evenit finis pugnæ certantibus. Nam Romanorum qvidem duodecim tantum contigit occumbere, neqve multos sauciari: Judæorum vero ex illo prælio nullus evasit. Sed cum non essent pauciores tribus millibus, postrati sunt omnes: eorumqve dux Judas Jairi filius, de quo supra meminimus, qvi ordini cuidam præpositus cum Hierosolyma obsideretur, qvibus demersus fuerat cloacis, latenter effugit. Eodem vero tempore Cæsar etiam ad Liberium Maximum scripsit (erat autem procurator) ut omnẽ terram vẽderet Judæorum. nec enim civitatem in ea condidit proprium servans sibi eorum agrum. Solis autem octingentis militibus illic relictis locum dedit qvem incolerent, qvi vocatur Ammaus. distat autem ab Hierosolymis triginta stadiis. Stipendium vero ubicunqve degerent Judæis indixit: binasqve drachmas singulis annis deferre in Capitolium jussit, ita ut antehac Hierosolymorum templo pendebant. Et res qvidem Judæorum illo tempore hunc statum habebant.

CAP. XXVII.

De clade Antiochi regis & eruptione Alanorum in Armeniam.

Iam vero qvarto anno Vespasiano administrante imperium, contigit Comagenes regem Antiochum in maximas clades cum tota domo incurrere, ex causa hujusmodi. Cæsennius Petus, qvi tunc Syriam administrabat, sive re vera, seu propter inimicitias Antiochi (certum non valde patefactum est) literas ad Cæsarem misit, Antiochum dicens deficere ab Romanis cum Epiphane filio decrevisse, pactis habitis cũ rege Parthorum: propterea qve debere illos ante capere: ne si priores novas res adorti essent, totum Romanorum imperium bello perturbarent. Non erat autem Cæsar hujusmodi nuncium ad se perlatum neglecturus. Nam vicinitas regum, majore negocium providentia dignum esse faciebat. Samosata enim Comagenes maxima civitas juxta Euphratem sita est, ut esset Parthis (eo namqve id cogitavere) facillimus transitus, tutum autem receptaculum. Fide igitur habita,

& poteſtate ſibi permiſſa, ut ageret qvod expedire videretur, negligendum non putavit. Subito tamen, Antiocho ejuſqve ſociis nihil opinantibus, in Comagenem ingreſſus eſt, ex legionibus qvidem ſextam ducens, & inſuper qvaſdam cohortes alaſque eqvitum. habebat autem auxilio reges, Chalcidicæ Ariſtobulum, Emeſaqve Sohemum. Introitus autem illis erat ſine certamine, qvod nemo indigenarum manus valebat opponere. Antiochus enim inſperato perculſus nuncio, bellum qvidem contra Romanos nec cogitatione concepit. Decrevit autem, toto regno in eo qvo erat ſtatu relicto, cum conjuge ac liberis egredi, hoc ſe Romanis purum ab ea ſuſpicione qvæ ſibi ingereretur probaturum eſſe ratus: progreſſuſqve de civitate centum triginta propemodum ſtadiis, in campo tabernaculum ponit. Petus autem in Samoſatam qvi eam caperent mittit, & per eos civitatem tenebat. ipſe vero cum alio milite in Antiochum ire tendebat. Non tamen rex vel ipſa neceſſitate adducto eſt adverſum Romanos aliqvid bellicum gerere: ſed fortunam ſuam qveſtus, qvidvis pati ſuſtinebat. adoleſcentibus autem, belliqve peritis, viqve corporis præſtantibus filiis ejus non erat facile in calamitate ſine pugna durare. Itaqve ad virtutem ſe conferunt Epiphanes & Callinicus. Vehementi autem pugna pertotam diem habita, inſigni fortitudine demonſtrati ſunt: nullaqve parte ſuarum virium diminuta diſcedunt. Antiocho vero neque pugna hoc modo peracta manere domi tolerabile videbatur: ſed abducta conjuge cum filiabus in Ciliciam fugit, atqve hoc facto militum ſuorum animos fregit. nam veluti deſperato ab eo regno defecere, & ad Romanos ſe tranſtulere, omnium qve erat deſperatio. Ergo priuſqvam penitus deſtituerentur auxiliis, Epiphani cum cæteris ſervare ſe ex hoſtibus erat neceſſarium. fiuntqve omnes eqvites decem, qvi cum his una tranſgreſſi ſunt flumen Euphratem. hinc jam ſine metu profecti, cum ad Vologeſem Parthorum regem veniſſent, non qvaſi profugi deſpecti ſunt: ſed ac ſi fortunam priſtinam retinerent, omni honore dignati ſunt. Antiochum vero, ubi Tarſum Ciliciæ venit, miſſo centurione Petus vinctum Romam tranſmiſit. Veſpaſianus autem ita regem ad ſe deduci non paſſus eſt: dignius eſſe ratus, veteris amicitiæ habere rationem, qvam belli occaſione inexorabilem iracundiam ſervare. Itaqve jubet ei iter agenti auferri vincula, intermiſſaqve interim profectione Romam, apud Lacedæmonem degere: magnos vero ei pecuniæ reditus præbet, ut non modo copioſe, ſed etiam regie victum haberet. His Epiphanes & cæteri cognitis, qui patri ante metuebant, magna cura & inextricabili animos relaxarunt, & ipſi qvoqve ſpem reconciliandi cum Cæſare concepere. Cum autē etiam Vologeſes de his ſcripſiſſet ad Cæſarē (nec enim qvamvis feliciter agerent, extra Romanum vivere patiebantur imperium) & cum Cæſar

καὶ λαβὼν ἐξουσίαν πρᾶξαι ὃ δοκοῖ συμφέρειν, οὐκ ἠμέλησεν. ἐξαίφνης γὰρ τῶν περὶ τὸν Ἀντίοχον ἀδεῶς προσδεχομένων, εἰς τὸν τῶν Κομμαγηνῶν ἐνέβαλε τῶν μὲν πεζῶν τάγματα ἄγων τὸ ἕκτον, καὶ πρὸς τούτοις λόχους, καί τινας ἴλας ἱππέων. συνεμάχουν δ', καὶ βασιλεῖς αὐτῷ, τῆς μὲν Χαλκιδικῆς Ἀριστόβουλος ἡγεμὼν ὢν τῆς ἐμέσης δὲ καὶ Σόαιμος. ἦν δὲ αὐτοῖς τὰ περὶ τὴν εἴσοδον οὐκ ἀνανταγώνιστα· τῶν γὰρ ἐγχωρίων τὸν χῶρον, ἀδὸς ἦν ἄλλα χεῖρας ἀντιφέρειν. ἀντίοχος δὲ ἀγγελίας αἰφνιδίου τυχὼν, παντάπασιν ἐξεπλάγη τὴν διάνοιαν πρὸς φωμαίους ἔτι σῶσαι. ἔγνω δὲ πᾶσιν τὸν βασιλεῖ ὡς ἔσχεν ἀπὶ σχήματος καταλιπὼν, μὴ γυναικὸς, καὶ τέκνων ἐκτὸς ἐλθών, ἵνα εἰ μὴ καθαρὸν φωμαίοις ἑαυτὸν δοκοῖεν παρασκευάσαι τῆς ἐπιβουλῆς αἰτίας. καὶ προελθὼν δὲ τῆς πόλεως ἐκατὸν σταδίους πρὸς τοῖς ἑκατὸν τριάκοντα εἰς τὸ πεδίον, ἐν αὐτῷ κατεσκήνωσεν. πέτος δ' ἀπὸ μὲν τῆς συμβούσης τοῖς κατὰ Σαμόσατα φρουρίοις ἀσφαλείας, καὶ δι' ἑτέρων ἔχει τὴν πόλιν, αὐτὸς δὲ μετὰ τῆς ἄλλης δυνάμεως ἐπ' ἀντίοχον ἐπείγετο τὸν ὁρμόν. ἐπεὶ μέν γε ὁ βασιλεὺς οὐδ' ὅλως τῆς ἀναγκαίας προσῆκτο πρόφασίν τι πρὸς φωμαίους πολεμικὸν, ἀλλὰ τὸν αὐτοῦ τύχαις ἐπιῤῥώμενον, ὅτου δεῖ παθεῖν ἑτοίμως εἶχεν. νέοις δὲ καὶ πολέμου ἔμπειροις, καὶ ῥώμῃ σωμάτων ἀκμάζουσιν, ἐ ῥᾴδιον ἦν τοῖς αὐτοῖς τὸν συμφορᾶν ἀμαχεὶ καρτερεῖν. ἀνέχεσθαι δὲ τὸν ἑλκῶν Ἐπιφανῆ τε καὶ Καλλίνικον. σφοδρᾶς δὲ τῆς μάχης καὶ πυρ' ὅλην τὴν ἡμέραν γενομένης, αἵματι τὸν ἀνδρείαν ἀμφοτέροις παρέχον, καὶ μηδὲν ἐλαττωθέντες τῇ σφετέρᾳ δυνάμει, ἑκατέρους διαλύθησαν. ἐπεὶ δὲ ἀπὸ τῆς μάχης τοῦτον κεχωρηκότες τὸν τρόπον, μὴ εἰς τὸν ἔσπερον ἐδόκουν λαβὼν δὲ τὰ γυναῖκας, καὶ τοὺς παῖδας, μετ' ἐκείνων ἐπείγετο φυγεῖν εἰς κιλικίαν, καὶ τοῦτο πρᾶξις τὰ φρονήματα τῶν οἰκείων ἅπαντα κατέκλασεν. ὡς γὰρ ἀπηγγελμένης ἤδη αὐτοῖς ἡ βασιλέως ἀπιστίας, καὶ πρὸς τοὺς φωμαίους μεταλλοτριωθέντος, καὶ πάντων τοῦ δηλωθέντος ἕνεκα δεδιότων. πρὶν τὰ πολέως ἐρημωθῆναι τῶν συμμάχων, τοὺς περὶ τὸν Ἐπιφανῆ, σώζειν αὐτοὺς ἐκ τῶν πολεμίων ἐνῆν ἀναγκαῖον. καὶ γίνονται δέκα σύμπαντες ἱππεῖς, οἳ μετ' αὐτοῦ τὸν Εὐφράτην διαβάντες. ἔνθεν ἤδη μετ' ἀδείας πρὸς τὸν βασιλέα τῶν πάρθων βολογαίσην κομισθέντες. οὐχ ὡς φυγάδες ἐτερωφθαλμήθησαν, ἀλλ' ὡς ἐν τῷ πολεμεῖν ἔχοντας δόξαν μεγάλην, πάσης τιμῆς ἠξιώθησαν. ἀντίοχος δὲ εἰς ταρσὸν ἀφικόμενος ἐκ κιλικίας, ἑκατοντάρχην πέτον ἀπέπεμψας, δεδεμένον αὐτὸν εἰς ῥώμην ἀπέστειλεν. οὐκ ἀπεσπάνιζε δ' αὐτῷ ἐπέμενεν οὔτω πρὸς αὐτὸν ἀναχθῆναι τὸν βασιλέα, τὸν παλαιᾶς ἀξιῶν φιλίας μᾶλλον αἰδοῦ λαβεῖν ἢ ἀρχὴν τὸν πολέμου πρόφασιν ἐκδέχεσθαι ὀργὴν ἀφ' ὑπερφυοῦς καλῶς δὴ καὶ ὧδε εἶπε ὅτι αὐτὸν τὸν δεσμῶν ἀφεῖναι, καὶ παρέντα τὸν τῶν μεγάλας αὐτῷ πρὸ τούτου χρημάτων, ὅτου μὴ μόνον ἄφθονον, ἀλλὰ καὶ βασιλικὴν ἔχει τὴν δίαιταν. πρὸς τοῖς τὸν ἐπιφανῆ πυθόμενος πρέσβεις πέμψαι τὸν φράτην δεδιότα, ἀνέθηκεν αἰχμὴν μεγάλην καὶ θυλακίδιον φορητόν. ἦλπιζε δὲ καὶ αὐτὸς τὸν τῶν ἡγήσεσθαι βολογαίσου πρὸς αὐτὸν ἐπιστέλλοντος, οὐδὲ γὰρ δέδιεν ἐπέμενε ἐξω τῆς φωμαίων ζωῆς ἡγεμονίας. ἦν δὲ ἡγήσασθαι

ἡμέρας

ἡμέρας αὐτοῖς τὴν ἄδειαν, εἰς Ῥώμην παρεγένοντο, ἔτι πατρὸς ὡς αὐτοὺς ἐκ τῆς Λακεδαίμονος ἀφιγμένου· ἐφ' οἷς ἐλθοῦσι, πάσης ἀξιούμενοι τιμῆς, κατεμένουσι ἐνταῦθα.

his manſuete facultatem dediſſet, Romam venerunt. patre autem ad eos ex Lacedæmone ſtatim advecto, cum omnis honor eis haberetur, ibi manſere. Alanorum autem natio, qvod qvidem Scythæ ſint, juxta flumen Tanain & Mæotides paludes ſedes habentes, jam qvodam loco memoravimus. His vero temporibus inito conſilio, ut terrā Mediam, & ulterius prædandi cauſa pervaderent, cum rege Hyrcanorum colloqvuntur. namqve is eſt illius tranſitus dominus: qvem rex Alexander ita fecerat, ut portis ferreis clauderetur. Aditu autem ſibi præbito, univerſi nihil ſuſpicantibus Medis incumbunt: eorumqve fines populoſos, omnigenumqve pecorum plenos diripiebant, cum reſiſtere nullus auderet. Nam qvi regnum ejus terræ obtinebat Pacorus, metu perculſus, in difficiliora loca refugiens, cæteris qvidem bonis omnibus ceſſerat: vix autem ab illis conjugem ac concubinas ſuas captas, datis centū talentis redemerat. Summa ergo facultate ſine pugna prædabundi, & uſqve ad Armeniam vaſtantes omnia proceſſere. Ejus autem Tyridates rex erat. Qvi cum his obvius bello conflixiſſet, non multum abfuit qvin vivus in illa acie caperetur. Procul enim qvidam miſſo in eum laqveo circundatum tracturus fuerat, niſi celeriter gladio rupiſſet laqveum, atque ita fugiſſet. Illi autem pugna multo magis efferati, terram qvidem depopulati ſunt: magnam vero hominum multitudinem aliamqve ducentes prædam ex utroqve regno, ad ſua domicilia rediere.

Τὸ δὴ τῶν ἀλανῶν ἔθνος, ὅπερ μέν ἐστι σκύθαι τοῖς τὴν Τανάϊν καὶ τὰς Μαιώτιν λίμνας κατοικοῦσιν, ὅτῳ τρόπῳ ταύτης ἐπὶ καθ' ἁρπαγὴν ἐμβαλεῖν, τῷ βασιλεῖ τῶν ὑρκανῶν ξυνελέγοντο. τῆς παρόδου γὰρ ἔστι δεσπότης ἐκεῖνος· ὁ βασιλεὺς ἀλέξανδρος πύλας σιδηρᾶς κλεῖσαν ἐπέθηκε. καὶ κείνου τοῖς ἐσόδον αὐτοῖς ὠϕελήσαντος, ἄφοβοι καὶ μηδὲν ὑποπτεύσασι τοῖς μηδοις ἐπιπεσόντες, χώραν πολυάνθρωπον καὶ παντοίων ἀνάμεστον βοσκημάτων διήρπαζον, μηδενὸς αὐτοῖς πολεμοῦντος ἀντιστῆναι. καὶ γὰρ ὁ βασιλεὺς τῆς χώρας πάνορος ὑπὸ δέους εἰς τὰς δυσχωρίας ἀναφυγὼν, τῶν μὲν ἄλλων ἁπάντων ὠϕελεχωρήκει· μόλις δὲ παρ' αὐτῶν ἐρρύσατο τοῖς γυναῖκα καὶ τὰς παλλακὰς αἰχμαλώτους γενομένας ἑκατὸν θοῦς τάλαντα. μὴ πολλῆς οὖν ῥᾳστώνης ἁμαχεὶ πεπυσμένοι τὰς ἁρπαγὰς, μέχρι τῆς ἐρημίας προῆλθον, πάντα λεηλατοῦντες. τηλίκατης δ' αὐτῆς ἐβασίλευεν, ὃς ὑπαντιάσας αὐτοῖς, καὶ πεισθεὶς μὲν μάχῃ, ὠϕελημικρὸν ἦλθεν ἐπ' αὐτῆς ζωὸς ἁλῶναι τὸ ὠϕελεῖσθαι. βρόχον γὰρ αὐτῷ τις περιῤῥῶγα περιβαλὼν ἔμελλεν διαπερᾶσαι, εἰ μὴ τῷ ξίϕει ῥᾷον ἔσχεν τὸν τόνον κόψας, ἔϕυγεν. οἱ δὲ καὶ μᾶλλον ἀγριωθέντες, τοῖς μὲν χώραν ἐλυμήναντο· πολὺ δὲ πλῆθος ἀνθρώπων, καὶ τῆς ἄλλης λείας ἄγοντες ἐξ ἀμϕοῖν τῶν βασιλείων πάλιν εἰς τοὺς οἰκείους ἐκομίσθησαν.

Apud Judæam vero mortuo Baſſo, Flavius Silva in adminiſtratione ſuccedit, & aliam qvidem terram bello ſubactam videns, unum autem adhuc rebelle ſupereſſe caſtellum, omni quæ in illis locis habebatur manu collecta, adverſus id militem movit. Nomen eſt autem caſtello Maſſada. Princeps vero ſicariorum, a qvibus fuerat occupatū, erat vir præpotens Eleazarus, ex origine Judæ, qvi non paucis Judæis perſvaſerat, ut ante diximus, ne profeſſionem facerent, qvando cenſor Cyrenius in Judæam miſſus eſt. Tunc enim ſicarii conſpiraverunt in eos, qvi Romanis dicto audientes eſſe vellent: omniqve modo his quaſi hoſtibus utebantur, diripiendo qvidem & abigendo eorum bona, ignem vero domibus injiciendo. Nihil enim illos ab alienigenis differre dicebant, qvi pugna etiam petendam Judæorum libertatem tanta ignavia prodidiſſent: magisqve ſe optare ſub Romanis ſervitium profeſſi eſſent. Erat autem id plane cauſatio, & crudelitatis atq; avaritiæ dicebatur obtentu: manifeſtum autem rebus effectum eſt. Nam iidem illi & defectionis ſocii fuerunt, & bellum cum Romanis communiter ſuſcepere. Cauſa vero pejor illorum in eos facta eſt: & cum mentita prior eorum refelleretur occaſio, pejus tractabant eos, qvi nequitiæ ſuæ juſtis aſſertionibus exprobrarent. Fuit enim qvodammodo illud tempus apud Judæos omnium generum malitiæ fœcundiſſimum: ut nullum opus intermitteretur infectum: nec ſi qvis excogitando fingere voluiſſet

CAP. XXVIII.

Excidium Maſſadæ caſtelli antiſſimi.

Ἐπὶ δὴ τῆς ἰουδαίας θάνατος πλάτιστος, φλάβιος σίλβας διαδέχεται τὴν ἡγεμονίαν. καὶ τὴν μὲν ἄλλην ἅπασαν ὁρῶν τῷ πολέμῳ κεχειρωμένην, ἓν δὴ μόνον ἔτι φρούριον ἀφεστηκὸς, ἐστράτευσεν ἐπὶ τοῦτο πᾶσαν ἐν τοῖς τόποις δύναμιν συναγαγών. καλεῖται δὲ τὸ μὲν φρούριον μασάδα, προϊστήκει δὲ τῶν κατειλημμένων αὐτὸ σικαρίων δυνατὸς ἀνὴρ ἐλεάζαρος, ἀπόγονος ἰούδα τοῦ πείσαντος ἰουδαίων οὐκ ὀλίγους, ὡς πρότερον δεδηλώκαμεν, μὴ πείθεσθαι τῇ ἀπογραφῇ, ὅτε κυρίλιος τιμητὴς εἰς τὴν ἰουδαίαν ἐπέμφθη. τότε γὰρ οἱ σικάριοι σωϕρονεῖν ἔδοξαν ἐπὶ τοῖς ὑπακούειν ῥωμαίοις θέλουσι, καὶ πάντα πρὸς αὐτῶν ὡς πολεμίοις προσεφέροντο, καὶ τὰς μὲν κτήσεις ἁρπάζοντες, καὶ εἰσελαύνοντες, τὰς δὲ οἰκήσεσιν αὐτῶν πῦρ ἐνιέντες. ἤδεσαν γὰρ ἀλλοφύλων αὐτοὺς ἐφιεμένους ἀφέξειν, εἴτως ἀλγεινῶς τὴν προειμάχητον ἰουδαίοις ἐλευθερίαν προϊεμένους, καὶ δουλείαν αἱρεῖσθαι τὴν ὑπὸ ῥωμαίοις ἀνωμολογηκότας. ἦν δ' ἄρα τὸ πρόϕασις εἰς ὠϕελκάλυμμα τῆς ὠμότητος, καὶ πλεονεξίας ὑπ' αὐτῶν λεγόμενον· σαϕὲς δὲ ἀπὸ τῶν ἔργων ἐποίησαν. οἱ μὲν γὰρ αὐτοῖς τῆς ἀποστάσεως συνῳμώμοσαν, καὶ δὴ πρὸς ῥωμαίους συνήραντο πολέμου, καὶ παρ' ἐκείνων ἦλθον πολλήματα χείρω πρὸς αὐτοὺς ἐνίκα. καὶπὶ τῷ ψεύδεσθαι πάλιν τὴν πρόϕασιν ἐξελεγχόμενοι, μᾶλλον ἐκάκουν τοὺς τὴν πονηρίαν αὐτῶν ἀπὸ τῆς ὁμολογίας ὀνειδίζοντας. ἐνίοτε γάρ πως ὁ χρόνος ἐκεῖνος παντοδαπῆς ἐν τοῖς ἰουδαίοις πονηρίας πολύϕορος, ὡς μηδὲν κακίας ἔργον ἀπέκαμεν καταλιπών· μηδ' εἴ τις διάνοια ἀφανλάτιον ἐξεύροι

A

B

C

D

E

F

G

haberet qvo magis novum aliqvid inveniret. Ita & privatim & communiter omnes unum erant, & exuperare alium alius tam impietate qvam iniqvitate in proximos certabant: potentes qvidem multitudinem male tractando, multitudo vero ad interitum potentium properando. Illis autem erat dominandi cupiditas, his autem vim faciendi, bonaqve locupletum diripiendi. Primi qvidem sicarii fuere iniqvitatis in propinqvos & crudelitatis autores, nullo neqve verbo indicto ad injuriam, neqve facto intentato ad exitium eorum qvibus insidiarentur penitus prætermisso. Verum & hos Joannes moderatiores esse demonstravit. Non solum enim omnes interficiebat qvi necessaria & profutura suaderent, tanqvam inimicissimos maxime cives ejusmodi impetens, sed etiam patriam malis plurimis cumulavit: qvalia facturus fuerat qvi Deum qvoque jam esset ausus impietate contemnere. Nam & mensa nefaria vescebatur, & legitimam patriamqve exterminaverat castimoniam: ut jam sit minime mirum, si mansuetudinis communionem minime servabat hominibus, qvi Dei pietatem furore contempserat. Rursus Simon Gioræ qvid mali non commisit, qvave liberorum corporum injuria temperavit, qvi eum creavere tyrannum? Qvæ vero eos amicitia, qvæve cognatio ad qvotidianas cædes non ferociores effecit? namqve alienos qvidem male tractare, inertis neqvitiæ opus esse arbitrabantur: clarissimam vero gloriam parere crudelitatem in familiarissimos existimabant. Horum furoris æmuli, etiam Idumæi fuere: illi enim sceleratissimi peremptis pontificibus, neqva pars conservaretur pietatis in Deum, totum qvod ex civitatis facie supererat, abscidere, summamqve per omnia injustitiam induxerunt: in qua illud hominum genus, qvi Zelotæ appellati sunt, viguit qui nomen factis verum probaverunt. Omne enim malitiæ facinus æmulati sunt, nullo inæmulato, qvod ante commissum memoria tradidit, prætermisso: qvamvis nomen sibi ex bonorum æmulatione imposuissent: qvi eos qvos læderent, propter efferam sui naturam cavillando fallebant, qvi malorum qvæ maxima essent, bona ducebant. Itaqve debitum vitæ finem invenere, merita illis omnibus pœna Dei voluntate decreta. Cuncta enim qvæ natura hominis posset ferre supplicia, in eos usqve ad extremum vitæ terminum congesta sunt, qvæ variis peremptis cruciatibus pertulere. Fortasse dixerit aliqvis minora eos quam commisere perpessos, verum qva tandem digna tantis sceleribus pœna affici poterant? De illis autem qvi in eorum crudelitatem inciderunt, non est hujus temporis pro merito conqveri. Rursum igitur ad eam narrationis partem redeo, unde digressus sum. Venit enim dux Romanorum contra Eleazarum, & qvi cum eo Masadam tenebant, sicarios, exercitum ducens, & fines qvidem statim omnes obtinuit, præsidiis ubiqve locis opportunissimis collocatis: castellum autem muro circumdedit, ne qvis obsessorum fugiendi facultatem haberet, utqve custodes

ἔχειν ἄντι κρειττόνων ἐξεύρωσιν. οὗτοι ἰδίᾳ τε, καὶ κοινῇ πάντες ἐσπούδασαν, καὶ πρὸς ὑπερβολὴν ἀλλήλους ἦσαν τῇ πρὸς τὸ θεὸν ἀσεβείας, καὶ τῇ εἰς τοὺς πλησίον ἀδικίας, ἐφιλονείκησαν. οἱ μὲν ἐν δυνάμει τὸ πλῆθος κακοῦντες, οἱ πολλοὶ δὲ τοὺς δυνατοὺς ἀπολλύναι σπουδῇ. ἦν γὰρ ἐκείνοις μὲν ἐπιθυμία τυραννίδος, τοῖς δὲ βιάζεσθαι καὶ τὰ τῶν ἀπόρων ἁρπάζειν. πρῶτοι μὲν οὖν σικάριοι τῆς ἀνομίας, καὶ τὸ πρὸς τοὺς συγγενεῖς ἤρξαντο ὠμότητος, μήτε λόγον ἄῤῥητον εἰς ὕβριν, μήτ' ἔργον ἀτόλμητον εἰς ὄλεθρον τῶν ἐπιβουλευόντων παραλιπόντες. ἀλλὰ καὶ τούτους ἰωάννης ἀπέδειξεν ἑαυτοῦ μετριωτέρους. ὁ γὰρ μόνον ἀνῃρεῖ πάντας, ὅσοι τὰ δίκαια καὶ συμφέροντα συνεβούλευον, καθάπερ ἐχθροὺς μᾶλλον δὴ τῆς πολιτῶν τοιούτους ἀποφερόμενος, ἀλλὰ καὶ κοινὴ τὴν πατρίδα μυρίων ἐπέσπασε κακῶν, ἃ πᾶσι πρᾶξαι ἔμελλεν αὐθρώποις ἤδη καὶ τὸ θεῖον αὐτοῦ πεπολεμηκώς. τεράστιον γὰρ τὸ ἀνόσιον παρεπῆλθε, τὴν νενομισμένην καὶ πάτριον ἐκβεβηκὸς εὐσέβειαν, ἵνα μηκέτι θαυμαστὸν εἰ τὴν πρὸς ἀνθρώπους ἡμερότητα καὶ κοινωνίαν σὺν ἐτήρησαν, ἐν τῷ πρὸς θεὸν ἀσεβοῦντες ὑπὲρ καταμανὲς πολὺ πίνων ὁ γοῦν [illegible] ἔθρασεν; ἢ πίας ὄρεως [illegible] θαυμάτων, οἱ δὲ τὴν ἀνέδειξαν τύραννον [illegible] μία δὲ συγγένεια πρὸς τοὺς ἐφ' [illegible] ἀχὶ θεμιτοτέρους ἐποίησε; τὸ μὲν γὰρ τοὺς ἀλλοίους κακῶς ποιεῖν, ἀθλίους ἔργον εἶναι νομίζεσθαι λαμβάνον. λαμπρὸν δὲ φέρειν δηλοῦσιν ἡγοῦντο, τὸ ἐν τοῖς οἰκειοτάτοις ὠμότητα. παρεμυθοῦτο δὲ καὶ τὴν τῶν πόνων ὀδύνην, ἡ τῶν ἰδουμαίων. ἐκείνοι [illegible] τοὺς ἀρχιερέας κατασφάξαντες, ἐπεὶ [illegible] μέρος τῆς πρὸς θεὸν εὐσεβείας ἀφῃρέθησαν, τὸν ἐν [illegible] λείψανον ἐπὶ πολιτικοῦ χήματος ἐξέκοψαν, καὶ τὸ πλεωτάτην ἐποίησαν ἀφ' πάντων ἀνομίαν. ἐν ᾗ τῶν ζηλωτῶν πλῆθος ἐν [illegible] ἤκμαζεν, οἳ τὴν πρὸς θεὸν εὐσέβειαν τοῖς ἔργοις ἐπλήθυσαν. πᾶν γὰρ κακίας ἔργον ἐξεμιμήσαντο, μηδ' ἔπι πρότερον ἀφεῖναι μνήμην ἀφανίσαντες, αὐτοὶ ἀφανιζόμενοι ἀζήλωτον καὶ τὴν πρὸς θεὸν εὐσέβειαν αὐτοῖς, ὑπὸ τῶν ἐπ' ἀμφότερα ζηλουμένων ἐπίστευσεν, ἢ κατειρωνεύομενοι τὰ ἀδικήματα, ἀλλὰ τὴν αὐτῶν ἀμείλικτον φύσιν, ἢ τὰ μέγιστα τῶν κακῶν ἀγαθὰ νομίζοντες. τοιγαροῦν πρόσκειται ἔπαθλον τέλος ὀφείλετο, ὃ θεοῦ τὴν ἀξίαν ὅτι πᾶσιν αὐτοῖς πρόνοιαν βεβουλεύσαντο. ὅσους γὰρ ἀνθρώπων δύναμις κολάσεως ὑπομένουσα, πᾶσαν κατεσκήψατο κατ' αὐτοὺς, μέχρι καὶ τῆς ἐσχάτης τοῦ βίου τελευτῆς, ἣν ὑπέμειναν ἐν πολυτρόποις αἰκίαις ἀποθανόντες. οὐ μὴν, ἀλλὰ καὶ φασί τινες ἂν αὐτοὺς ἐλάττω παθεῖν ὧν ἔδρασαν, τὸ γὰρ δικαίως ἐπ' αὐτῶν οὐ πρόσεισι. τοὺς δὲ τῆς ἐσχάτων ὠμότητος πρεπόντως, οὐ δ' παρέντος ἂν τοῦ κρείττονος ἐξ τὴν ἀξίαν ὀδύρεσθαι. πάλιν οὖν ἐπάνειμι πρὸς τὸ καταλειπόμενον μέρος τῆς διηγήσεως.

ΚΕΦ. λα.

Ἐπὶ γὰρ τὸ ἐλεάζαρον, καὶ τοὺς κατέχοντας σὺν αὐτῷ μασάδαν σπαίρουσι, ὁ τῶν ῥωμαίων στρατηγὸς ἦκε, τὰς δυνάμεις ἄγων καὶ τῆς μὲν χώρας ἅπασης εὐθὺς ἐκράτει, φρουρὰς ἐν τοῖς ὀπικαιροτάτοις αὐτῆς μέρεσιν ἐγκαταστήσας. τεῖχος δὲ περιβαλὼν κύκλῳ πρὸς πᾶν τὸ φρούριον, ὅπως μηδεὶς τῶν πολιορκουμένων ἢ ῥᾴδιον ἀφυγεῖν, καὶ ἀφαιρεῖν τοὺς

τὴν Φυλάζοντας. αὐτὸς δ' κατεστρατοπεδεύει τόπον, ὡς μὲν πρὸς τὴν πολιορκίαν ἁρμοδιώτατον σκληρῶν, καθ' ὃν αἱ τοῦ Φρουρίου πέτραι τοῦ πλησίον ὄρει συνήψιζον, ἄλλως δὲ πρὸς ἀφθονίαν τ' ἀπαντησίων δύσκολον. ἀγχοῦ γὰρ τροφὴ μόνον παρῆν ἐκομίζετο. καὶ σὺν μεγάλῃ ταλαιπωρίᾳ τῶν ἐπὶ τούτῳ τεταγμένων ἰουδαίων. ἀλλὰ καὶ τὸ ποτὸν ἦν ἀγώγιμον εἰς τὸ στρατόπεδον, ἅτε μηδεμίαν ἔγγυς πηγὴν ἀναδιδοῦσαν. ταῦτ' ἐν πρόοικονομησάμενος ὁ σίλλας ἐπὶ τοῦ πολιορκίου ἐτράπετο, πολλῆς ἀπιτεχνήσεως καὶ παλαιπωρίας δεομένου, διὰ τοῦ ὀχυρότητα τοῦ Φρουρίου τοιοῦδε τοῦ φύσιν ὑπαρχόντος. πέτραι γὰρ ὀλίγην τὴν περίοδον καὶ μῆκος ὑψηλαὶ, παντάχοθεν περιερρώγασι βαθεῖαν φάραγγα κάτωθεν ἐξ ἀοράτου πέρατος, κρημνώδεις δ' ὁδοὶ, καὶ πάσῃ βάσει ζώων ἀπρόσιτοι, τοῦτον οὖν κύκλον δυσὶ τρόποις τ' πέτρας, εἰς ἄνοδον σὺν εὐμαρεῖ παρεικούσης. ἔστι δ' τῶν ὁδῶν, ἡ μὲν ἀπὸ τ' ἀσφαλτίτιδος λίμνης πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα, καὶ πάλιν ἀπὸ τῆς δύσεως ἡ ῥᾴων προσβῆναι. καλοῦσι δ' τοῦ ἑτέραν ὁδὸν, τῇ γενέσθαι προσκάσαντες, καὶ τοῖς συνεχέσιν ἐλίγμοῖς. κλᾶται γὰρ ὥσπερ τὰς τῶν κρημνῶν ἐξοχὰς, καὶ πολλάκις εἰς αὐτὸν ἀναστρέφουσα, καὶ κατ' μικρὸν αὖθις ἐκμηκυνομένη μόλις ψαύει τ' πρόσω. δεῖ δ' βαδίζοντα, τὸν ἕτερον τῶν ποδῶν ἐρείδοντα. ἔστι δ' καὶ τὸ παρολισθάνειν πρόδηλον· ὀλεθρος ἑκατέρωθεν γὰρ βαθὺς κρημνῶν ὑποκέχυται, τῇ φοβερότητι πᾶσαν ἀτολμίαν ἐκπλῆξαι δυνάμενον. διὰ τοιαύτης δὴ ἐλάττοσι τριάκοντα, κορυφὴ τὸ λοιπὸν ἐστιν, οὐκ εἰς ὀξὺ πέρας συνηγμένη, ἀλλ' ὥστ' εἶναι καθ' ἅπερ τ' πλατὺ. ἐπὶ ταύτῃ πρῶτος μὲν ὁ ἀρχιερεὺς ὠκοδομήσατο φρούριον ἰωνάθης, καὶ προσηγόρευσε μασάδαν. ὕστερον δ' ἡρώδης τοῦ βασιλέως διὰ πολλῆς ἐμέλετο ἀσφαλείας, ἥ δ' χωρίου κατασκευή. τεῖχος μὲν γὰρ ἦγε τοῦ πάντα τὸν κύκλον τῆς κορυφῆς ἐπὶ τριάκοντα, λευκοῦ μὲν λίθου πεποιημένον, ὕψος δ' δώδεκα, καὶ πλάτος ὀκτὼ πήχεις ἔχον, τριάκοντα δ' αὐτῷ καὶ ἐπὶ πύργοι πεντήκοντα πήχεις ἀνεσήκεσαν, ἐξ ὧν εἰς οἰκήματα διελθεῖν τοῦ πᾶν τὸ τεῖχος ἔνδον ᾠκοδομημένα. τοῦ γὰρ κορυφοῦ πᾶσα καὶ πεδίου παντὸς οὔσης μαλακωτέρας, ἀνῆκεν εἰς γαμετείαν ὁ βασιλεὺς ἵν' εἴ ποτε τῆς ἔξω τροφῆς ἀπορία γένοιτο, μὴ δ' ταύτῃ κάμοιεν οἱ τοῦ αὐτῶν σωτηρίαν τοῦ φρουρίου πεπιστευκότες. καὶ βασίλειον δὲ κατεσκεύασεν ἐν αὐτῷ, κατὰ τοῦ ἀπὸ τῆς ἑσπέρας ἀνάβασιν, ὑποκάτω μὲν τῶν τῆς ἄκρας τειχῶν πρὸς τοῦ ἄρκτου ἐγκλῖνον. ᾧ δ' βασιλείου τὸ τεῖχος οὗ, ὕψει μέγα, καὶ καρτερὸν, πύργους ἔχον ἑξηκονταπήχεις ἐγγωνίους τεσσάρας. ἦσι τῶν οἰκημάτων ἔνδον καὶ στοῶν καὶ βαλανείων κατασκευὴ, παντοία καὶ πολυτελὴς οὗ, κιόνων μὲν ἁπανταχοῦ μονολίθων ὑφεστηκότων, τοίχων δ' καὶ ἐν τοῖς οἰκήμασιν ἐδαφῶν λίθου ποικίλου παντοδαπῆ γεγλυμμένων. πρὸς ἕκαστον δ' τῶν οἰκουμένων τόπων ἄνεσι καὶ πρὸς τὸ βασίλειον, καὶ πρὸς τ' τείχους, πολλοὺς καὶ μεγάλους ἐπεμήκυνε λάκκους ἐν ταῖς πέτραις, φυλακτήρας ὑδάτων, μηχανώμενος εἶναι χορηγίαν, ὅση τῶν ἐκ πηγῶν ἐστι χωρουμένοις. ὀρυκτὴ δ' ἔδος ἐκ τ' βασιλείου πρὸς ἄκραν τοῦ κορυφοῦ ἀνεφέρετο, τοῖς ἔξωθεν ἀφανὴς. οὐ μὴν οὐδὲ ταῖς φανεραῖς ἐδοῖς οὕτω τι χρήσασθαι ῥᾳδίως πολεμίους.

A persèverarent. ipse vero castris locum occupat, ad obsidionem qvidem idoneum, qvem delegerat, qva parte castelli rupes monti proximo applicabantur, cæterum difficilem ad copias utensilium. Non solum enim commeatus ex longinqvo, & cum labore Judæorum maximo portabantur, qvibus hæc fuerat cura mandata, verum etiam potus alivnde in castra ducebatur, qvoniam

B in eo loco nullus fons proximus nascebatur. His autem dispositis, Silva obsidionem aggressus est, artis ac laboris egentem, propter castelli munitionem, cujus natura hujusmodi est: Saxum gyro non exiguum, & excelsum longitudine, undiqve abruptis atqve altis vallibus cingitur invisibili super fundo habens scopulos: ipsæqve omnium sunt animalium gressibus inaccessæ, nisi qvod

C duobus modis idem saxum in difficilem explicatur ascensum. Est autem unum, iter ab lacu Asphaltite ad Solis ortum, & alterum ab Occidente facilius ambulari. Vocatur autem unum coluber, ex angustia crebrisqve flexibus capta similitudine. Qvæ enim prominet rupes, frangitur, ac sæpe in se revertens, paulatim rursum producitur: vixqve illo itinere gradiens promovet pedem, namqve mutanti vestigium, necesse est al-

D tero pede niti. Est autem certa pernicies, si qvis labatur, altitudo enim rupium utrinqve dehiscit, ut qvæ horrore qvemvis terrere audacissimum possit. Per ejusmodi viam cum XXX. stadiis ascenderis, qvod restat verticis est non in acutum finem coacti, sed ut habeat in summo planiciem. In hac primus qvidem Jonathas pontifex castellum ædificavit, & appellavit Masladam. Post autem Herodi magno studio fuit loci illius structio.

E Nam & murum per omnem ejus gyrum erexit, stadiorum spacio septem, e candido lapide factū, & duodecim altum, latumqve octo cubitis: & XXVII turres qvinqvagenorum cubitorum in eo stabant: ex qvibus aditus erant in ædes circa omnem murum intus ædificatas. Rex enim verticem, qvod fœcundus, omniqve planicie mollior esset, culturæ destinaverat: ut si qvando exter-

F norum alimentorum penuria contigisset, ne hac qvidem laborarent, qvi salutem suam castello credidissent. Qvin & regiam sibi ædificaverat, ab Occidentalis partis ascensu, intra mœnia qvidem arcis positam, vergentem autem ad Septentrionem. regiæ vero murus erat magnus, ac firmissimas qvatuor celsitudine sexagenorum cubitorum in angulis turres habebat. Membrorum autem

G intus, & porticuum itemqve balnearum varia erat & sumptuosa constructio, columnis quidem e singularibus saxis undiqve substitutis, parietibus autem membrisqve solida compage lapidum variatis. Ad singula vero habitacula, & in summo, & circa regiam, & ante turres multos magnosqve puteos in scopulis exciderat, custodes aquarum: tantam molitus abundantiam, quantam qvi fontibus uterentur haberent. Fossæ vero iter ex regia in arcem summam ducebant, qvas foris nemo cernebat. Sed ne manifestæ qvidem viæ facilem sui usum præbere hostibus poterant.

Nam Orientalis qvidem via natura est inaccessa, ut supra memoravimus. Occidentalem vero, magna in angustia posita turri concluſit, qvæ non minore mille cubitorum spacio ab arce distaret qvam neqve transire posse, neqve capi facile videbatur. Inextricabilis autem, qvamvis licenter ambulantibus, fuerat fabricata. Ita qvidem adversus hostiles impetus natura simul & manu castellum erat communitum. Intus autem repositi apparatus, magis & diuturnitatem & opulentiâ juvere. nam & frumentum multū erat conditum, & qvod in longum tempus sufficere posset: vinumqve multum & oleum: insuper autem cujusqve leguminis fructus, & palmulæ coacervatæ. Cunctaqve reperit Eleazarus, castello per dolum cum sicariis occupato, matura, nihilqve recens depositis deteriora: qvanqvam fere ex qvo apparata sunt, ad excidium a Romanis illatum centum annorum tempus agebatur. Quin etiam Romani fructuum reliqvias incorruptas offendêre. Si quis autem causam diuturnitatis auram esse existimet, non erraverit, qvod arcis altitudine ab omni terrena ac fœculenta materia sit remota. Inventa est autem omnigenûm qvoqve armorum multitudo, ab rege condita, qvæ decem millibus virorum sufficerent, ferrumqve infectum, nec non æris & plumbi materia: qvippe ut magnis de causis factum crederes apparatum. Ajunt enim Herodem idipsum castellum sibi ad refugium paravisse, duplex periculum suspicantem: unum qvidem ab Judæorum populo: ne se deposito, illos qvi antea reges fuerant, ad principatum reduceret. Alterum vero majus atqve atrocius, ab regina Ægypti Cleopatra. Hæc enim suam sententiam non celabat, sed cum Antonio sæpe verba faciebat, postulans Herodem interfici, sibi autem obsecrans regnum Judæorum donari. Et magis qvis miraretur, nondum ejus imperio Antonium paruisse, male ejus amore mancipatum qvam non donaturum speraſſet. Propter ejusmodi metus Herodes conditam Massadam extremum belli contra Judæos Romanis opus reliquit. Nam qvia foris jam locum omnem muro cinxerat dux Romanorum, sicut supra diximus, ac ne qvis effugeret diligentissime procuraverat: incipit oppugnationem, uno tantum loco reperto, qvi aggerum jactum posset excipere. Nam post eam turrim qvæ iter ab Occidente, qvod ad regiā summumque montem duceret, præcludebat, erat qvædam continentia saxi vastior latitudine, multumqve porrecta, celsitudine autem Massadæ trecentis cubitis inferior, qvam Leucem appellabant. Hanc igitur Silva, ut ascendit ac tenuit aggerem apportare militibus jussit: illis autem alacri animo & magna manu operantibus, solidus ad ducentos cubitos erectus est tumulus. Verum neqve firma neqve sufficiens machinis ferendis hæc mensura videbatur: sed super eum tribunal, constructis saxis ingentibus, factum est, altum itemqve latum cubitis L. Erat autem & aliarum machinarum fabrica illis assimilis, quas primo qvidem Vespasianus ad oppugnationes,

ἡ μὲν γὰρ ἑώα ἀφ' ἧς φύσιν ὡς προεῖπομεν ἐστὶν ἄβατος, τὸν δ' ἀπὸ τῆς ἑσπέρας μεγάλῳ καὶ τῷ στερροτάτῳ πύργῳ διετείχισεν, ἀπέχοντι τῆς ἄκρας πήχεων οὐκ ἐλάττων διάστημα χιλίων, ὃν οὔτε παρελθεῖν δυνατὸν ἦν, οὔτε ῥᾴδιον ἐλεῖν. δυσέξοδος δ' ἦν καὶ τοῖς μετ' ἀδείας βαδίζουσιν ἐπιπόνως. οὕτω μὲν οὖν πρὸς τὰς τῶν πολεμίων ἐφόδους. φύσει τε καὶ χειροποιήτως, τὸ φρούριον ἀχύρωτο.

Κεφ. λϛ.

Τῶν δ' ἔνδον ἀποκειμένων θησαυρῶν, ἐπὶ μᾶλλον ἄν τις ἐθαύμασε τὸν λαμπρόφρονα Ἡρῴδην καὶ διαμονὴν. σῖτόν τε γὰρ ἀπέκειτο πολὺν χρόνον αἰρεῖν ἱκανώτατον· οἶνόν τε πολὺν καὶ ἔλαιον· ἐπὶ δὲ παντοίων ὀσπρίων καρποὶ, καὶ φοίνικες ἐπισώρευντο. πάντα δ' εὗρεν ὁ Ἐλεάζαρος ἃ φρουρίου μὴ τῶν σικαρίων ἐγκρατὴς δόλῳ γενόμενος, ἀκμαῖα καὶ μηδὲν τῶν νεωστὶ καρπῶν ἐπιδέοντα· καὶ τοι σχεδὸν ἀπὸ τῆς θησαυρίσεως εἰς τὸν τῶν Ῥωμαίων πόλεμον, ἑκατὸν ἐνιαυτῶν χρόνος ἦν, ἀλλὰ καὶ Ῥωμαίοις τοὺς ὠφεληθέντας τῶν καρπῶν εὗρον ἀδιαφθόρους. αἴτιον δ' οὐκ ἂν ἁμάρτοι τις ὑπολαμβάνων εἶναι τὸν ἀέρα τῆς ἀφθορίας, ὑψηλῶν ὄντων ἄκρων, πόρρω τε γῆς ἀπὸ πάσης ὕλης καὶ χολερᾶς ἀμιγῆ πρόσω. διῳκεῖτο δὲ καὶ παντοίων πλήθει ὅπλων ὑπὸ τοῦ βασιλέως ἀποτεθησαυρισμένων, ὡς ἀνδράσιν ὁπλίταις μυρίοις, ὅσος τε σίδηρος, καὶ χαλκὸς, ἐπὶ δὲ καὶ μόλυβδος, ἀπὸ δὲ τῆς θησαυρίσεως, ὅπου μεγάλαις αἰτίαις χρώμενος. λέγεται γὰρ ἑαυτῷ τὸν ἡρῴδην τοῦτο τὸ φρούριον εἰς ὑποδοχὴν ἑτοιμάζειν, διπλοῦν ὑφορώμενον κίνδυνον· τὸν μὲν ἀφ' ὧν πολλῶν τῶν ἰουδαίων βασιλεύσαντες ἐκεῖνον, τοὺς πρὸ αὐτοῦ βασιλέας ἐκ τῆς βασιλευούσης αἰγύπτου κλεοπάτρας, αὐτὴ γὰρ τῷ αὐτῆς γνώμῃ οὐκ ἐπεῖχεν, ἀλλὰ πολλάκις αὐτῷ λόγους προσέφερε, τὸν μὲν ἡρῴδην ἀνελεῖν αἰτοῦσα, χαριζομένη δ' αὐτῇ τῷ βασιλέως τῶν ἰουδαίων δεομένῃ. καὶ μᾶλλον ἄν τις ἐθαύμασεν, ὅτι μηδέπω τὰς προσπλεκομένας αὐτῷ συμφορὰς, κακῶς ὑπὸ τῆς αὐτὴν ἔρωτος δεδεκωμένου, οὐκ ὄπι τοῦ μὴ χαριζόμενος προεδόκησε. διὰ ταύτας μὲν φόβους ἡρῴδης μασσάδαν κατεσκευάσατο, ἐμέλλε δὲ Ῥωμαίοις ἀπολείψειν ἔργον ὑπὲρ τῶν ἰουδαίων πολέμου τέλος.

Κεφ. λγ.

Ἐπεὶ γὰρ ἐξῆλθεν ἤδη πανταχόθεν τὰ πρὸς τῶν Ῥωμαίων ὡς προεῖπομεν ἠρεμοῦντα, καὶ δὴ μηνὶ ἀποδράναι πρόσοιαν ἐπιπόνως τὸν ἀκριβέστατον· ἐνεχείρει τῇ πολιορκίᾳ, μόνον ὁρῶν ἔνα τόπον, ἐπιβολὴν χωμάτων δέξασθαι δυνάμενον. μὴ γὰρ τὸ ἀπὸ τοῦ ἑσπερίου πύργου τὸ πρὸς τὴν δύσεως ὁδὸν ἄγουσαν, εἰς τὸ βασίλειον, καὶ τὸν ἀκρώρειαν, ἣν τις ἐξοχὴ πέτρας ὑμεγέθης τῇ πλάτει καὶ πολὺ προκύπτουσα, ὃ δὴ ὕψους τὴν μασσάδας τριακοσίους πήχεις ὑπεκάτω λοκὴν ὀνομάζουσιν, ὅπου ταύτην οὖν ἀναβὰς, καὶ κατασχὼν αὐτὸν ὁ σίλβας, ἐκέλευε τὸν στρατὸν χοῦν ἐπιφέρειν. τῶν δὲ προθύμως καὶ μὴ πολλῆς χειρὸς ἐργαζομένων, στερεὸν εἰς διακοσίους πήχεις ὑψώθη τὸ χῶμα, οὐ μὲν οὔτε βέβαιον οὔτε αὐτάρκες ἐδόκει τόπῳ τὸ μέτρον εἶναι τῆς μηχανήματος εἰς ὑπερβάθραν, ἀλλ' ἐπ' αὐτοῦ βῆμα λίθων μεγάλων συμπερισμουμένων ἐπιπλέον, πεντήκοντα πήχων εὖρος τε καὶ ὕψος. ἐπὶ δὲ ἄλλων τε μηχανημάτων ἡ κατασκευὴ θαυμασία τῆς ὑπερασπιστοῦ πύργου,

μῆ πῶπω δ' ὑπὸ τίτου τοῖς τὰς πολιορκίας ὑπενοηθῆναι. ἦν πύργος ἑξηκοντάπηχυς σωστέγη, σιδήρῳ κατατετραγμένος ἅπας, ἐξ οὗ πολλοὺς ὀξυβέλεσι, καὶ πετροβόλοις βάλλοντες οἱ ῥωμαῖοι τοὺς ἀπὸ τοῦ τείχους μαχομένους, ταχέως ἀνέστειλαν, καὶ προκύπτειν ἐκώλυσαν. ἐν ταύτῃ δὴ καὶ κριὸν ὁ σίλβας μέγαν κατεσκευάσατο μοχλὸς, σωσχοῖς πιθῆξ κελεύουσι τὸ τείχος τὰς ἐμβολὰς· μόλις μὲν οὖν καὶ οὐ ἀναῤῥήξας τι μέρος αὐτοῦ, κατήρεψε. φθάνουσι δ' οἱ σικάριοι τοῖχον ἔνδοθεν οἰκοδομησάμενοι τεῖχος ἕτερον, ὃ μηδ' ὑπὸ τῶν μηχανημάτων ἔμελλεν ὁμοίων τι πείσεσθαι. μαλακὸν γὰρ αὐτὸ καὶ τῷ σφοδρότητι τῆς ἐμβολῆς ὑποχωρεῖν δυνάμενον, τοιῷδε τρόπῳ κατεσκεύασαν. δοκοὺς μεγάλας ἐπὶ μῆκος προσοχεῖς, ἀλλήλαις καὶ τὴν τομὴν συνιέσαν· δύο δ' ἦσαν τούτων τοῖχοι παράλληλοι τοσοῦτον διεστῶτες, ὅσον εὐρος πλάτος τείχους, καὶ μέσον ἀμφοῖν τὸ χῶρον ἀνεφόρουν. ὅπως δὲ μὴ ὑψουμένῳ ὁ χώματος ἡ γῆ ἀλαχέοιτο, πάλιν ἑτέρους δοκοὺς ἐπικαρσίους, τὰς καὶ μῆκος κειμένας διέδουν· καὶ οὗτοι τοὺς μὲν οἰκοδομίᾳ τὸ ἔργον παραπλήσιον. τῶν μηχανημάτων δ' αἱ πληγαὶ φερόμεναι, πρὸς εἶκος ἐξελύοντο, καὶ τῷ σάλῳ σωιζόμενον, ἐπίσω αὐτὸ στερέφοτερον. τοῦτο σωιδὼν ὁ σίλβας, πυρὶ μᾶλλον αἰρήσειν ἐνόμισε τὸ τεῖχος, καὶ τοῖς στρατιώταις προσέταξε λαμπάδας αἰθομένας ἀθρόους ἐσακοντίζειν. τὸ δ' οἷα δὴ ξύλων τὸ πλέον πεπιεσμένον, ταχὺ δὲ πυρὸς ἀντελάβετο, καὶ τῇ καυστότητι πυρωθὲν ἀφ' ἁβάθους, φλόγα πολλὴν ἐξεπύρσευσεν. ἀρχομένου μὲν οὖν ἔτι δὲ πυρὸς βορρᾶς ἐμπνέων τοῖς ῥωμαίοις φοβερὸς ἦν· ἀνωθεν γὰρ ἀποστρέφων ἔσω ἐκείνους ἤλαυνε τὴν φλόγα, καὶ σχεδὸν ἤδη τῶν μηχανημάτων ὡς συμφλεγησομένων, ἀπηγώνισαν. ἔπειτα δ' αἰφνίδιον νότος μεταβαλὼν καθαίρως ἐκ δαιμονίου προνοίας, καὶ πολὺς ἐναντίος πνεύσας, τῷ τείχει φέρων αὐτὴν προσέβαλε, καὶ πᾶν ἤδη ἀφ' ἁβάθους ἐφλέγετο. ῥωμαῖοι μὲν οὖν τῇ θεᾷ δὲ θεοῦ συμμαχίᾳ κεχρημένοι, χαίροντες εἰς τὸ στρατόπεδον ἀπηλλάττοντο, μεθ' ἡμέραν ἐπιχειρεῖν τοῖς πολεμίοις διεγνωκότες, καὶ τὰς φυλακὰς νύκτωρ ἐπιμελεστέρας ἐποιήσαντο, μή τινες αὐτῶν λάθωσιν ἀποδράντες.

Κεφ. λδ.

Οὔτ' μὲν οὔτ' αὐτὸς ἐλεάζαρος ἐν νῷ θρασμὸν ἔλαβεν, οὔτ' ἄλλῳ τινὶ τῶν πολιτῶν ἔμελλεν ἐπιτρέψειν. ὁρῶν δὲ τὸ μὲν τεῖχος ὑπὸ δὲ πυρὸς ἀνακαιόμενον, ἄλλον δ' οὐδεμίαν σωτηρίας τρόπον, ἢ δι' ἀλκῆς ἐπινοῶν, ἃ ἔμελλον ῥωμαῖοι δράσειν αὐτοὺς ἐς τέκνα. καὶ γυναῖκας αὐτῶν εἰ κρατήσαιεν, ὑπ' ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ πηδήμους, θάνατον καὶ πάντων ἐβουλεύσατο. καὶ τῶν κρίνας ἐκ τῶν παρόντων ἄριστον, τοὺς ἀνδρωδεστάτους τῶν ἑταίρων συναγαγών, τοιούτοις ἐπὶ τὸν πρᾶξιν λόγοις παρεκάλει. πάλαι διεγνωκότας ἡμᾶς ἄνδρες ἀγαθοὶ, μήτε ῥωμαίοις, μήτ' ἄλλῳ τινὶ δουλεύειν ἢ θεῷ, μόνος γὰρ ἔστ' ἀληθὴς ἐστι καὶ δίκαιος ἀνθρώπων δεσπότης, ἥκει νῦν ἡμέρα, ἐπαληθεύσαι κελεύων τὸ φρόνημα τοῖς ἔργοις. πρὸς ὃν ἑαυτοὺς μὴ κατηχύνωμεν, πρότερον μηδὲ δουλείαν ἀκίνδυνον ὑπομείναντες, νυνὶ δὲ μὴ δουλείας ἑλόμενοι τιμωρίας ἀνηκέστους, εἰ ζῶντες ὑπὸ ῥωμαίοις ἐσόμεθα. πρῶτοι τὴν γὰρ πάντων ἀπεστήμεν, καὶ πολεμοῦμεν αὐτοῖς πολεμοῦντες. νομίζω δὲ καὶ θεᾷ θεοῦ ταύτην ἡμῖν δεδόσθαι χάριν, ἅ δώσειν καλῶς ἐλευθέρως ἀποθανεῖν, ὅπερ ἄλλοις οὐκ ἐγένετο παρ' ἐλπίδα κρατηθεῖσιν. ἡμῖν δὲ

A postea vero Titus excogitaverat: & turris LX. cubitorum effecta est, tota ferro consepta, unde multis balistarum tormentorumqve jaculis Romani cito eos repulere, qvi de muro pugnabant, & caput exerere prohibuere. Simul autem ingenti etiam arietè fabricato, Silva crebro murum pulsari jubet: ac vix qvidem tamen aliqvam ejus dejicit partem interruptam. Cito autem præ-
B venere sicarii muro intus altero constituto, qvi ne machinis qvidem simile aliquid pateretur: mollis enim adhuc erat, & impetus laxare violentiam poterat, hoc modo constructus. Trabes proceritate magnas, & qva sectæ sunt continentes composuere: earum autem ordines erant duo similes: tantumqve distantes qvanta esset muri latitudo, & inter eos ambos replebant aggere spa-
C cium. ne vero crescente cumulo terra defluere ret, aliis transversis trabibus qvas in longitudinem posuerant colligabant: Erat ergo illis opus qvidem ædificio simile: sed qvod cedenti inferebantur machinarum ictus evanescebant, lutoqve subsidente strictiorem fabricam faciebant. Hoc ubi Silva considerabat, igni magis murum captum iri putans, multas qvidem ardentes fa-
D ces militibus intro jaculari præcepit: murus autem, qvippe, ut magna ex parte lignis constructus, ignem cito comprehendit: & usqve ad limum sui laxitate calefactus, ingenti flamma colluxit. Incipiente qvidem adhuc incendio, spirans Aqvilo Romanis erat horribilis: avertens enim desuper flammam in eos abigebat, & pene machinas qvasi jam conflagraturas desperave-
E rant. deinde flatu mutato, veluti divina providentia excitatus Auster, multa vi in adversum eum murum repulit: jamqve totus ardebat ex alto. Romani qvidem cum Dei uterentur auxilio, ad castra læti digrediebantur, decreto hostes luce aggredi, & nocte vigilias accuratiores facere, ne qvis eorum clam subterfugeret: Sed neqve ipse Eleazarus de fuga cogitabat, neqve alii cuiqvam permissurus erat, ut faceret. Vides autem
F murum igne consumptum, alium vero nullum salutis modum neqve virtutis excogitans: sed his qvæ Romani in se liberosqve suos, & conjuges facturi essent si vicissent, ante oculos positis, de omnium morte consilium cepit: idqve ex præsentibus fortissimum ratus, validioris animi sociis vesperi congregatis, talibus eos verbis ad facinus invitabat. Cum olim vobis decretum sit, viri fortes,
G neqve Romanis, neqve cuiqvam alii servire, nisi Deo: is enim solus est verus & justus Dominus hominum: ecce nunc tempus adest, qvod factis vestros probare animos jubeat. Ne igitur nos dehonestemus, ante qvidem servitutem nec sine periculo passi, nunc autem cum servitute intolerabiles pœnas subituri: si vivos in Romanorum potestatem venire contingat. primi enim omnium ab his defecimus, & novissimi cum his bellum gerimus. Puto autem & hanc nobis a Deo gratiam datam, ut bene ac libere possimus mori, qvod aliis non evenit præter spem superatis. Nobis autē

